

Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romæ, 1925

De SS. Narsete, Ioseph Et Sociis Martyribus In Perside Commentarius
Praevius

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72556](#)

A et in utroque loco congruens ipsis cultus exhibetur (1).

Cultus in dioecesi Baiocensi. 3. Quae de vita et passione S. Spacii hisce lectioibus afferuntur nullo prorsus remotae antiquitatis testimonio comprobantur, et a recentioris aevi hagiographo non ad rei veritatem sed ad veri similitudinem exacta sunt. Id unum indubium est, saec. XIII mediante S. Spacium in ecclesia Baiocensi veluti martyrem coli consuevisse. Ita enim habetur in eiusdem ecclesiae Ordinario, mense novembrī, inter festa S. Theodori et S. Martini, id est die 10: Sancti Spasii, martiris, festum IIII lectionum, que sumuntur de omelia beati Gregorii episcopi super evangelium « Si quis vult post me » (2). Eodem die ad saeculum usque XIX

S. Spacii festum a Baiocensibus (3) celebratum fuisse breviaria et calendaria apertissime testantur. Ab anno circiter 1860, ad diem 14 eiusdem mensis translatum est; anno tandem 1914 ad modum pristinum regressum est. Reliquiae S. Spacii praeter eas quas diximus, servantur in ecclesiis horum dioecesis Baiocensis locorum: Campigny, Thaon, Saint-Contest (4). In civitate autem solebat inde saltem a saec. XVII capsula reliquiarum S. Spacii in sollemni supplicatione ad postulandam pluviam vel aeris serenitatem circumferri, ut ex annalibus ad annos 1698, 1715, 1716, 1718, 1719, 1723 constat (5). Quae in sacello hospitiī infirmorum etiamnum servantur reliquiae saeculo XIX decurrente recognitae fuerunt (6).

eccl. Baioc.: « Lorsque les Calvinistes pillèrent cette église, un bourgeois de Bayeux nommé Senot, de la religion réformée, de la paroisse de Saint-Symphorien, dans le faubourg de Saint-Jean, acheta les deux os de S. Space de celui qui les avait dérobés. Cet homme étant au lit de mort, et mourant malheureusement dans son erreur, remit ces saintes reliques entre les mains de son fils, et lui recommanda qu'il eût à les garder soigneusement, parce qu'il avait expérimenté que dans les grandes sécheresses ou dans les pluies fâcheuses il obtenait les secours dont il avait besoin, en portant ces sécrétions sous son manteau autour de ses champs, comme les ecclésiastiques avaient accoutumé de faire publiquement dans leurs processions. C'est le témoignage qu'en rendit depuis son fils en se convertissant et en restituant à l'église cathédrale ces sacrés ossements. » Qua de re et haec leguntur in codice bibliothecae Capituli Baiocensis « Ms. Renaud », saec. XVIII: « Le 4 août 1595, on apporte au chapitre un os de S. Space, martyr, lequel était depuis plus de 33 ans resté à la disposition d'un bourgeois. » — (1) *Supplement-*

tum (Breviarium) pro insigni ecclesia Baiocensi, Pars autumnalis (Bajocis, 1900), p. 58-59. — (2) U. CHEVALIER, *Ordinaire et coutume de l'église cathédrale de Bayeux* (Paris, 1902), p. 263. — (3) S. Spacii festum etiam in Breviariorum Sancti Sepulchri Cadomensi (Bibliothèque de l' Arsenal, cod. 279) saec. XIII habemus. — (4) Ita R.D. Le Mâle, e tabulario episcopatus Baiocensis. — (5) M. BÉZIERS, *Mémoires pour servir à l'état historique et géographique du diocèse de Bayeux*, t. I (Rouen, 1896), pp. 104, 109, 112, 113, 118. — (6) « Aujourd'hui l'Hôtel-Dieu de Bayeux possède un ossement de S. Space. D'après une note rédigée par la première supérieure des religieuses de l'Hôtel-Dieu, morte en 1680, cet ossement, l'un des deux possédés avant 1562 par la cathédrale, tomba entre les mains d'un huguenot (*supra*, p. 410, annot. 4), passa entre celles de Mrs Bunel, et enfin à Mademoiselle d'Argancy-André qui le donna en 1644 aux religieuses de l'Hôtel-Dieu. L'authenticité en a été reconnue au XIX^e siècle, et en 1860 on en a extrait une parcelle pour la cathédrale. » Ita R. D. Le Mâle.

DE SS. NARSETE, JOSEPH ET SOCIIIS

MARTYRIBUS IN PERSIDE

P. P.

COMMENTARIUS PRAEVIOUS

SS. Narsetis et Joseph 1. In catalogo martyrum orientalium qui subiunctus est notissimo illi martyrologio syriaco anni 412, inter episcopos nominatur: *λοιποὶ διοίκηται οἱοντες*, Narses episcopus Sahrqarth (1). Is projecto vir sanctus est cuius praeclaram confessionem referunt Acta syriaca quae infra daturi sumus. Pertinent haec ad corpus quoddam hagiographicum, quod Simon Joseph Assemanni (2) et post eum Eudoxius item Assemanni eius nepos (3) codici a se reperto nimium fidens existimavit saeculo V conscriptum a Marutha Tagritensi metropolita, Orientis maphri-

no(4), quem ambo putabant esse Marutham Martyropolis, i. e. Maipheractae episcopum, Theodosio II aequali. Sed eruditii recentiores luce clarius ostenderunt Passiones quibus Maruthae opus constare creditum est alias ab aliis scriptoribus, neque eadem actate compositas fuisse; etsi non negant ex earum numero forsitan aliquas computari posse inter ἑπομένων illa, quae Maiapheractensis episcopus de martyribus orientalibus conscripsisse fertur (5). Ante aliquot tamen annos Michael Kmosko, Hungarus, sibi contendum esse existimavit ut Marutham in pris-

Acta syriaca

(1) *Acta SS.*, Nov. t. II, 1, p. [LXIV]; cf. F. NAU, *Un martyrologe et douze ménologes syriaques*, in *Patrologia orientalis*, t. X [1912], p. 24. — (2) *Bibliotheca orientalis*, t. I, p. 174-79; cf. *Bibliothecae Apostolicae Vaticanae codicum manuscriptorum catalogus*, t. III (Romae, 1759), pp. 319-20, 324-25. — (3) *Acta sanctorum martyrum orientalium et occidentalium*, pars I (Romae, 1748),

p. XLVI et seq. — (4) † ann. 649; de quo *BHO*, 719. — (5) Vid. R. DUVAL, *La Littérature syriaque*, ed. 3 (Paris, 1907), p. 122-23; J. LABOURT, *Le Christianisme dans l'empire Persé* (ibid., 1904), p. 52-55; A. BAUMSTARK, *Geschichte der syrischen Literatur* (Bonn, 1922), p. 55-57; et praesertim O. BRAUN, *Ausgewählte Akten persischer Märtyrer* (Kempten, 1915), p. x-xiii.

-tinam

AUCTORE P. P. tinam possessionem restituere (1). Irrita vindictio, quae nos in re pridem iudicata immorari non cogit, cum praesertim Acta SS. Narses et Joseph satis perspicuum de se testimonium perhibeant, ut modo videbimus.

§ I. De historia SS. Narses et Joseph.

ex codice
Vaticano

2. Acta syriaca SS. Narses et Joseph habentur in codice bibliothecae Vaticanae syriaco 160 (2); ex quo illa primus edidit Evodius Assemani inter Acta martyrum orientalium et occidentalium (3). Codex, e monasterio Syrorum Nitriensi allatus, foliis constat membraneis 239, mediae formae, quae ad tria quandam volumina perfinebunt. Pars prima (fol. 1-79), quae celeberrimam Vitam S. Symeonis stylitae complectitur (4), «strongylis» litteris exarata, absoluta fuit die 17 aprilis anni 471. Secunda pars a fol. 80 ad 219 pertinet; tertia tandem a fol. 220 ad extremum. Utriusque scriptura item strongylia est, in qua Evodius Assemani sibi visus est manum saeculi X agnoscere (5). Verum enimvero vir doctus Eugenius Tisserant, tamquam exemplum scripturarum syriacarum saeculi V, fragmentum elegit Passionis sanctae Theodotae et filiorum (6), quae in hoc ipso chirographo legitur fol. 173 (7). Hoc autem specimine, aliquot saltem diebus antiquiora sunt Acta S. Narses, quae in eodem codice habentur fol. 104*-106. In tanta opinione discrepantia iudici recentiori esto fides, qui regulis ultifur magis exploratis; attamen non eversa philologorum disciplina videretur, si quis hasce ipsas litteras et apices saeculo sexto assignaret.

et
Amidensi,

3. Alterum exemplum Passionis SS. Narses et Joseph exstat, aut saltem ante recens bellum extabat Amidae, in codice ecclesiae Sancti Pythionis (Mār Pethion), quem Ebediesus Khayyat, Chaldaeus, Amidensis episcopus, patriarcharum litterarum iudex non acerbus, existimabat saeculo septimo non antiquorem, neque octavo recentiorrem. Huius codicis, anno circiter 1882, docto viro I.B. Abbeloos apographum suppeditavit idem Ebediesus Khayyat, qui ad archetypi fidem istud ipse recognovit. Apographi sui accuratam descriptionem in Analectis Bollandianis edidit I. B. Abbeloos (8). Eodem exemplo, quod a possessore benigne commodatum habuit, usus est b. m. Paulus Bedjan, qui inter ceteras Passiones martyrum Persarum, quas ex opere Evodii Assemani recudit, Acta quoque S. Narses denuo typis mandavit (9). Hic tamen, ut qui prius suae gentis lectoribus magis quam nostris eruditis consuleret, in notandis codicum variis lectionibus, non putidio diligenter videtur peccasse. Sic, in ipso lemmate apographi Amidensi, nomen S. Narses scriptum est نرس, Narse vel Narsaī (10), non autem نرسی ut in codice Vaticano: quam formarum discrepaniam mentione dignam non putavit

(1) S. Symeon Bar Sabbae, in *Patrologia syriaca*, t. II (Parisii, 1907), p. 685-87. — (2) ASSEMANI, *Bibliotheca Apostolicae Vaticanae codicum manuscriptorum catalogus*, t. III, p. 319-24. — (3) T. c., p. 97-101. — (4) Cf. H. LIETZMANN, *Das Leben des heiligen Symeon Stylites*, in *Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur*, ser. 3, t. II, 4 (1908), p. 211. — (5) Catalog-

Bedjan. In iis autem quas maioris momenti existimavit, haud facile dignoscere ubi codicem Amidensem antestatus sit, ubi vero editionem Assemanianam ultra et sponte correverit.

4. Nec de apographo illo nec de archetypo unde descriptum fuit, hodie post tot discrimina rerum quidpiam resciscere potuimus. Itaque in editione nostra hanc normam tenimus: *codex Vaticanus* (= V), exceptis dumtaxat pauculis locis ubi manifesto vitiatus est, primum locum obtinuit, non tantum quod antiquitate videatur praestantior, sed maxime quod de eius verbis ac litteris certiores nos faciebat imago photographica, quam per humane nobis obtulit v. d. Silvius Joseph Mercati. Variae lectiones quibus Bedjan ab illo vel potius ab editione Romana recedit aut quas ipse in notis criticis undecunque collectas ascripsit, communiter littera B signatae sunt.

5. Historiae, in qua duo codices plane concordant, summa haec est. Anno quarto persecutionis, cum rex Sapor in provincia Beth Garmāi, sive Garamaea adisset, in mansione quae vocatur رهش, saphthā, vel sephthā, adducti sunt ad eum Narses episcopus Sahrqarth senex iam octoginta annos natus et Joseph eius discipulus, sive clericus familiaris, iuvenis aetate florens. Rex primum blanditus eos tentavit ut ad eiurandum Christum pelliceret. Sed ut eos in fide immobiles intellexit, extemplo capitalem sententiam in eos edidit. Ipsos, ut videtur, die et hora supplicium de iis sumptum est. Ambo martyres, primum Joseph deinde Narses, gladio caesi sunt extra castra, coram ingenti multitudine, cui Narses patrem valedixit. Contigit mors eorum luna decima mensis terzin posterioris. Haec fere sunt quae retulit hagiographus sermone non nihil grandiloquio sed ingenua cum perspicuitate quae fraudis omnem suspicionem arecat. Attamen rerum narratarum summa paulo ieiunior videtur, quam a scriptore aequali vel suppari expectaveris, nedum a teste oculari qui morientibus sanctis coram adfuisse. Neque brevitatis studio aut sola neglegentia narraroris silentio praefermissum est nomen magistratus a quo sancti comprehensi fuerint, F crimen cuius apud regem insimulati sint, dies hebdomadis in quo obierint, aliaque eius modi, quae hagiographi persae ubi noverint, reticere non solent. Elsi igitur Actorum syriacorum scriptor de persecutione Saporis loquens nostram eam appellat, non idcirco ipse praesens vidisse putandus est prima initia diuturnas huius tempestatis, aut litteris mandasse res nuper actas, quae recentius vel testimonio ad eum pervenerint.

6. Contra ad confirmandam nostrae Passionis auctoritatem nullum confort accurata temporum locorumque notatio; quea eo maiorem habet fidem, quod hagiographus memorias referens partim iam obscuratas ipse non videtur perspicuisse quomodo haec cum historia cohaereant et quid ex iis probabili deductione colligi possit. Sahrqarth (11), διοίκησ (Sāhrqart), cuius Narses episcopus

fuisse

qualenus
nota.

Martyrum
historia,

E

partim
obscurata,

probam
tamen
antiqui-
tatum,

A fuisse dicitur, reapse Garamaeae provinciae ursa episcopalis erat, quae Chirchaseleuco (Karkā de Beth-Selok) metropoli primum subiecta (1), deinde a dimidiato circiter saeculo V, ipsa metropolis aliquamdiu fuit (2), sed post annum 607 in albo persicae hierarchiae non iam comparet (3). Non minus forma antiquior envidetur esse quae scriptio pleniori legitur in Actis nostris (4), contractori autem in indice martyrum orientalium, qui an. 412 annexus fuit ad Edessenam epitomen martyrologii Antiochenis (5). Hac etiam forma communiter olim usi sunt Syri (6). Arabes nomen urbis alii alter interpretati sunt: شهْر قَدْ شَهْر قَدْ (Shahrqart, Shāhqird, Shāqird, Shārqird), ex qua postrema forma apud Syros recentiores fictus est metaplasmus شَهْر قَدْ (Shārqird) (7). Itaque in ipso nomine urbis et titulo episcopali S. Narses Acta nostra genuinam antiquitatis notam prae se ferunt. Castrum vel oppidum Sahrqarth, teste Iaqut geographo, sicut erat inter Daqq (dāqūqā) et Arbela (8), ut videatur, non procul ab hodierna urbe Kerkuk, quae communiter putatur esse prisca ursa Beth-Selucia, syriace Karkā de Beth-Selok (9).

locorum, 7. Certior veritatis cautio haec est quod, nulla adiecta explicatione, S. Narses eiusque discipulus ad Saporem adducti fuisse referuntur extra urbem Sahrqarth. Ambo martyres coram rege sistuntur cum hic esset (ita codex Vaticanus) دَقَّةٌ رِّبْدَانَةٌ دَقَّةٌ, in mansione quae Sephta appellatur (10). Locus aliunde nobis ignotus (11). Nomine دَقَّةٌ, sive emendatius دَقَّةٌ, ut fert codex Amidenus

et ipse codex Vaticanus infra, in indice martyrum Garamaeorum § 6, designari potuit locus aliquis vel viculus; sed in proprietate loquendi intellegendum est « deversorium ubi in itinere consistitur, mansio, stativa », vel quid simile. Ex ista igitur mansione sancti martyres ad supplicium educti sunt لَدَنْ مَهْرَقَتْ, extra divisiones, quod militare vocabulum fuit et hic certe « castra » designat (12). His igitur verbis hagiographus nos docet quod ipse non novit: satellites qui S. Narsensem ad regnum tribunal trahebant Sapori occurserunt in itinere (13), cum, annua expeditione contra Romanos peracta, Babyloniam proprie dictam repeleret: nam projecto minime veri simile est regem Persarum mense novembri in Garamaeam advenisse bellum illatus in regionem a qua multorum dierum itinere tunc distaret.

8. Ianuero regis adventus in Garamaeam videtur occasionem praebuisse qua usi sunt accusatores sanctorum martyrum. Id aperte innuunt Passionis verba: مَهْرَقَتْ دَقَّةٌ ... دَقَّةٌ دَقَّةٌ دَقَّةٌ

temporum
notitiam
ostendit.

رِّبْدَانَةٌ دَقَّةٌ دَقَّةٌ, comprehensus est Narses... cum rex in regione adesset (§ 1). Utique fortuito accidere potuit ut eo ipso tempore quo Sapor provinciam pertransiret, improviso suboriret causa quae ad eis tribunal pertineret. Sed arcensis interpretatio haec est et ab hagiographicis stilo remotior. Longe probabilius est Saporis praesentia magorum odio perdendi S. Narses opportunatatem oblatam fuisse. Etenim provinciarum praefecti, aetate illa, christianos capitum damnare poterant, solo criminis religionis, ut exempla non paucia demonstrant (14). Sive ergo S. Narses inimici odversus cum loci magistratus commovere

coniecit Theodorus NÖLDEKE, Ueber iranische Ortsnamen auf kert und andere Endungen, in Zeitschrift der Deutschen Morgenländischen Gesellschaft, t. XXXIII (1879), praesertim p. 148. Alias graeci nominis formas vide apud PAPE-BENSELER, Lexicon der griechischen Eigennamen, i. v. — (1) Synodus catholici Isaac, an. 410, canone XXI; I. B. CHABOT, Synodicon orientale ou Recueil de synodes nestoriens, in Notices et extraits des manuscrits de la bibliothèque Nationale, t. XXXVII (1902), pp. 33, 272; cf. O. BRAUN, Das Buch der Synoden (Stuttgart, 1900), p. 31. — (2) Vid. Historiam Chirchaseleuci, BEDJAN, Acta martyrum et sanctorum, t. II, pp. 521, 527. Hoc testimonio fretus existimat Georgius Hoffmann Sahrqarth antiquitus Garamaeae fuisse metropolim, eiusque primatum deinde ad sedem Chirchaseleuciensem transisse. Auszüge aus syrischen Akten persischer Märtyrer, in Abhandlungen für die Kunde des Morgenlandes, t. VII, 3 (1880), p. 270-72, opus insignis eruditissimum quod recentiores plerique obsequenter antestati sunt aut tacite exprimunt. Mirum est tamen v. d. Anscarium Braun autoritatem Georgii Hoffmanni permotum esse ut fabulosam Historiam Chirchaseleuci, quae ab indocto homine, non ante saec. VI conscribilibata fuit (vide infra), pluris faceret quam canonem synodi an. 410, quem Hoffmann nondum legere potuerat. — (3) E. SACHAU, Zur Ausbreitung des Christentums in Asien, in Abhandlungen der Preussischen Akademie der Wissenschaften, phil.-histor. Klasse, 1919, 1, p. 56; ubi tamen nimis dubitanter refertur huius civitatis episcopus nomine Narses ante an. 412 memoratus esse. — (4) In canone XXI synodi catholici Isaac, CHABOT, t. c., p. 33; cf. p. 682. — (5) Vide supra num. 1. — (6) Exempli gratia apud MESTHÄZER, Historia ecclesiae Adiabenae, ed. A. MINGANA, Sources syriaques (Leipzig, s. a.), p. 59; cf. E. SACHAU, Die Chronik von Arbela, in Abhandlungen der Königl. Preuß.

sischen Akademie der Wissenschaften, hist.-phil. Klasse, 1915, num. 6, pp. 65, 81. Vide etiam apparatus criticum ad Passionem S. Narses. In lemmate codicis Vaticani manifesto errore scriptum est: لَدَنْ, شَهْرَقَتْ, et paulo inferius: لَدَنْ, شَهْرَقَتْ, vel شَهْرَقَتْ — (7) Ex. gr., in Historia Chirchaseleuci, BEDJAN, op. c., t. II, pp. 521, 527. Figmenta librariorium sunt دَقَّةٌ دَقَّةٌ (Acta S. Maris, in Anal. F. BOLL, t. IV, pp. 73, 74, 76) et si quae alia eiusdem furfuris in codicibus leguntur. — (8) Shāhqird, pagus amplior inter Dāqūqā' et Arbel, cum castello, in quo pago fucus sunt quales nusquam alibi. IACUT's Geographisches Wörterbuch, ed. F. WÜSTENFELD (Lipsiae, 1866), t. III, p. 237. — (9) HOFFMANN, t. c., p. 267-68. J. MARQUART, Erānšahr, nach der Geographie des Ps. Moses Xorenac', in Abhandlungen der Kgl. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, n. s., t. III, 2 (1901), p. 21. De oppido Karka de Beth-Selok (Chirchaseleuci), saepius infra sermo erit. — (10) Passio § 2. — (11) HOFFMANN, t. c., p. 277. Nomen Sephta in lingua syriaca significat: sollicitudo, cura, cet. (a verbo شُفَعَةٌ) vel storea, anuli pala, gemma, cistella (a verbo شُفَعَةٌ). Ex nostrae Passionis verbis § 2 colligi non potest num fideles qui mortientes sanctos circumstabant — si fideles quidem illi fuerunt, non autem milites otiosi — ad gregem S. Narses pertinuerint. — (12) دَقَّةٌ دَقَّةٌ, BAR-BAHLUL, Lexicon Syriacum, ed. R. DUVAL, p. 1564. Pervagator est sensus et veriloquio propinquior: ordines militares, copiae, exercitus. — (13) Hinc colligitur Sahrqarth urbem non in ipsa via sitam fuisse quae a Seleucia et Ctesiphonte Arbela ferebat. — (14) LABOURT, op. c., p. 56-82; cf. A. CHRISTENSEN, L'Empire des Sassanides. Le peuple, l'État, la cour, in Det Kongelige Danske Videnskabernes Selskabs Skrif-

non

AUCTORE
P. P.

non potuerunt, sive aliud quid eorum consiliis obstabat, videntur fortunam apud ipsum regem periclitati esse. Iamvero eadem occasio ante paucos menses iis iam oblata fuerat, cum primo vere vel aestate, eo tempore quo solent reges ad bella procedere (1), Sapor per eandem provinciam contra Romanos exercitum duxerat. Quod si illa non usi sunt, inde fortassis concludendum est eos tunc nondum adversus christianos odium suum erupisse et ante S. Narsetem in urbe Sahrqarth nullum martyrem fuisse. Et re quidem vera viz aliqui huius civitatis martyres nobis noti sunt, dum in vicina urbe Chirchaseleuco multo cruentior persecutio fuit (2). Utcumque haec rerum varietas explicanda est, hoc loco eam notari oportebat.

In chrono-
notaxi

9. SS. Narsetem et Joseph passos esse refert hagiographus anno quarto persecutionis nostrae (§ 1), die mensis posterioris decimo secundum lunam (§ 3). Quae temporis nota per se satis clara est, modo ne obscuretur argutissimis eruditorum qui,

B male constituta quaestione, certiora monumenta Saporiana persecutionis ad falsa vel dubia flectere voluerunt. Sed quidquid contra nuper tentavit Michael Kmosko (3), haec controversia iam antiquata est. Saporis edictum, a quo ducitur persecutionis initium, mense augusto anni 340 latum esse, invicta cum perspicuitate demonstravit vir doctissimus unus Theodorus Nödeke (4); cuius sententiam novis rationibus confirmavit Ansharius Braun (5). Inde igitur ab illo principio, quartus mensis november advenit anno 343: in quo mense luna decima incidit in diem duodecimum. Hoc ipso anno die 4 iulii, Constantius imperator Hieropolis in Syria aderat, per quam videatur Antiochia in Orientem contendisse ut bellum persicum ipse administraret. Romanis fortuna quadam tenet fuisse pulanda est, nam, teste S. Athanasio, episcopi orientales qui e concilio Sardicensi (6) secedere volebant, hanc attulerunt excusationem ὡς βασιλέως αὐτοῖς ἐπινίκια κατὰ Περσῶν γράψαντος (7). Unde etiam intellegitur rex Sapor, cum re male gesta domum rediret, solito facilius contra christianos commoveri potuisse.

quid minus
certum.

10. Hactenus igitur omnia videntur satis apte quadrare. Attamen fatendum est hanc temporum rationem Graecorum calendaris non comprobari — orientalis enim de S. Narsete nequicquam interrogaveris (8). In synaxario Constantinopolitano, ad diem 9 novemboris, annuntiatur "Αθλησις τῶν ἀγίων μαρτύρων Ὄντησιόν τοῦ Περσῶν".

Kai παραστάντες τῷ βασιλεῖ ἔφησαν ὅτι «Εἰ δόνασαι βασιλέυ, μετὰ τὸ θανατῶσαι Φῆμᾶς ἐπτάκις ἀναστῆσαι ήμᾶς, οὐκ ἀν χωρήσῃ ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ.» Καὶ ταῦτα εἰπόντες ἀπονεγκλίσθησαν. In codice autem Sirmontiano: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ δθλησις τῶν ἀγίων Νηροσᾶ (14) ἐπιστόπον καὶ Ἰωσῆρι μαθητῷ αὐτῷ καὶ ἑτέρων σὺν αὐτῷ τελειωθέντων ἐν Περσίδι.

*φνοῖον, Χριστοφόρου καὶ Μανᾶς, Τιμοθέου Δ καὶ Ἀρτέμιος καὶ Νασῆ. In aliis exemplis: Ὄντησιόν τοῦ Περσῶν, Χριστοφόρου, Μανᾶς καὶ Τιμοθέου· καὶ τὰ ἔγχιστα τῶν Προτασίου καὶ τῶν ἀγίων μαρτύρων Ἀρτέμιος καὶ Νασῆ: in aliis demum: Χριστοφόρου καὶ Νασῆ καὶ Μανᾶς καὶ Ἀρτέμιος καὶ Νασῆ, vel nominum series quae numero tantum vel ordine ab istis discrepet (9). In his quidem elogiis non veram martyrum familiam recensitam, sed fragmenta e variis laterculis in unum congesta fuisse, constat ex iis quae superius notata sunt ad singula nomina (10) praeter Narsetem. Is vero quis fuerit et unde mentio eius istuc irreperitur, ex tam tenui indicio divinare non possumus. Quod si ex veteri calendario, ut videtur, nudum hoc nomen desumptum est, haud improbabiliter inde coniceris in isto calendario ad diem 9 novemboris annuntiatum fuisse ipsum S. Narsetem Sahrqarth urbis episcopum (11). In hoc igitur computata fuit luna decima novemboris anni 346, quae in diem nonum mensis incidit. In plerisque autem exemplis uti modo videbimus, S. Narsetis et sociorum eius elogium inscriptum est ad diem 20 novemboris servata est, alibi altera contracta. In codice Mediolanensi bibliothecae Ambrosianae D. 74. Sup. legi-
ter (13): Νηροσᾶ ἐπιστόπον καὶ Ἰωσῆρι μαθητῶν αὐτῶν. Τούτον τῶν ἀγίων ὁ μὲν Νηροσᾶς ὀπῆρον ἐτῶν ὁδοίκοντα, ὁ δὲ Ἰωσῆρι ἐτῶν ὁδοίκοντα πέντε, ἀμφότεροι ἐπλακοποιοὶ ὄντες πολλοὺς δὲ ἐπιστρέφοντες ἀπὸ τῶν εἰδώλων ἐπὶ τὸν Κέρων, ἐπραγίθησαν παρὰ τῶν ἀθέων Περσῶν. Καὶ παραστάντες τῷ βασιλεῖ ἔφησαν ὅτι «Εἰ δόνασαι βασιλέυ, μετὰ τὸ θανατῶσαι Φῆμᾶς ἐπτάκις ἀναστῆσαι ήμᾶς, οὐκ ἀν χωρήσῃ ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ.» Καὶ ταῦτα εἰπόντες ἀπονεγκλίσθησαν. In codice autem Sirmontiano: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ δθλησις τῶν ἀγίων Νηροσᾶ (14) ἐπιστόπον καὶ Ἰωσῆρι μαθητῷ αὐτῷ καὶ ἑτέρων σὺν αὐτῷ τελειωθέντων ἐν Περσίδι.*

*FELE, Conciliengeschichte, t. I, ed. 2 (Freiburg i. B., 1873), p. 533-37. — (7) Historia Arianorum ad monachos, § 16, P.G., t. XXV, p. 712; cf. O. SEECK, in PAULY-WISSOWA, Real-Encyclopädie, t. IV, 1, p. 1057. — (8) Ex Graecorum libris SS. Narsetis et Joseph mentionem ad d. 20 novemboris mutuatus est Sliba qui martyrum Persarum antiquorum Acta syriaca plerumque ignorat. Anal. Boll., t. XXVII, pp. 142, 168; cf. p. 134-35. — (9) Synax. Eccl. CP., p. 203-206. — (10) In praetermisis ad diem 9 novemboris, p. 2-10, passim. — (11) Forma Νασῆς quae legitur in codice bibliothecae Laurentianae mire congruit cum varia lectione *λαζα* de qua superius, num. 3, p. 412. — (12) In historia ecclesiae persicae v. d. Hieronymi Labourt dies lunae habiti sunt pro diebus anni solaris. — (13) Synax. Eccl. CP., p. 241-42. — (14) Codex bibliothecae Nationalis Parisiensis 1594: Νηροσᾶ.*

72p

Actorum
versio
graeca.

A Ὡς δὲ μὲν ἐπίσκοπος Νηροῦς ἦν ἐτῶν πέ', δὲ δὲ Ἰωσῆς, καὶ αὐτὸς τῇ τουαντῇ ἀξιὰ τετιμημένος, ἦν ἐτῶν πε' (1). Μεθ' ὅντι καὶ ἔπειται πλεῖστοι ἐπίσκοποι τε καὶ ἕρετοι καὶ τόν ἐκ τοῦ ἰδιωτικοῦ τάγματος καὶ παρθένοι, γυναικεῖς, ἀσκήταις διαφόρως ἐδοκιμάσθησαν καὶ ἐν διαφόραις κοιλάσεσιν ἡτάσθησαν καὶ τὸν τῆς μαρτυρίας ἀπηγέγραπτο στέφανον. Quae ambo elegia conferenti manūstum est: 1^o utrumque ex eodem graeco fonte derivatum esse, et 2^o in hoc fonte, Acta syriaca salis inepte interpolata fuisse. SS. Narsētēs et Ioseph idcirco a Persis comprehensos esse quod multos ab idolatria ad fidem convertissent, de suo adiecit interpres. Plurimos ex clero et populo christiano cum iis martyrio coronatos esse, sive ipse, sive synaxarista Passionem strictim praetervolans sibi persuasit, ut modo videbimus (2). Gravi tandem allerius errore commissum est ut Ioseph Narsētēs discipulus, ex iu niore clericō florentis aetatis, grandaevus episcopus fieret ipso magistro suo annis quinque natu B maiōr. Et de gracie quidem Actis SS. Narsētēs et Ioseph aliud vestigium nobis non videtur servatum fuisse.

§ II. De martyribus Garamaeis.

Index
martyrum
Garamaei
orum

12. Cum Passione SS. Narsētēs et Ioseph in codice Vaticano, uno tenore nulloque interposito lemmate, continuatur elenches quidam historicus martyrum qui ex Garamaea orti sunt vel in eadem provincia palnam tulisse memorantur. In codice tamen Amidensi, quantum hic nobis notus est ex apographo b. m. Iohannis B. Abbeloos (3), elenches iste a Passione SS. Narsētēs et Ioseph omnino seiunctus erat. Hanc enim proxime subsequitur breve quoddam corpus narrationum de martyribus Adiabenis: primum Passio SS. Iacobi bar-Mariam, Arbelorum episcopi, et Iacobi presbyteri (BHO. 500); deinde Passiones S. Abraham, Arbelorum item episcopi (BHO. 12), S. Ananiae, viri laici Arbelensis (BHO. 372), SS. Iacobi, presbyteri Tell-Salilae, et Mariae sororis eius (BHO. C 426), demum sanctarum virginum Theclae, Marianna et sociarum (BHO. 1157). Post illos omnes, regressu facto in Garamaeam, insertus est elenches de quo nunc dicturi sumus. Huic praefixum est lemma: Item collectio martyrum ex (oppido) Chirchaseleuci et ex variis locis (4); quam inscriptionem retinuit Bedjan, etiū indicem rursus cum Passione SS. Narsētēs et Ioseph loco saltem contiunxit. Iamvero alteruter a codicibus vitiatus est. Aut enim in Vaticano lemma omissum fuit, aut in Amidensi Passio SS. Narsētēs et Ioseph in duas partes dissecta fuit, et parti seiunctae praefixum fuit lemma adulterinum. Ultri ergo testi

num
Passioni
continua
tus,

(1) Id. : Νηροῦς ἦν ἐτῶν πε'. — (2) Infra, num. 12. — (3) I. B. ABBELOOS, in Anal. Boll., t. IX, p. 6. — (4) Cf. ABBELOOS, l. cit., et BEDJAN, Acta martyrum et sanctorum, t. II, p. 286. — (5) Passio sanctarum Sirae, § 2 et seq. Acta SS., Maii t. IV, p. 172 et seq. In synaxarisi legitur etiam nomen Βηθαλαζόν, quod a syriaco alia via ductum fuit. Vide infra, num. 44, p. 425. — (6) BHO. 705; cf. LABOURT, Le Christianisme dans l'empire perse, p. 55 et seq. — (7) BEDJAN, Acta marty-

rum et sanctorum, t. II, p. 515. — (8) Ibid. — (9) Vide supra, num. 1, p. 411. — (10) Historia ecclesiastica, II, 13, ed. R. HUSSEY, t. I (Oxonii, 1860), p. 149. — (11) Alius Iohannes Chirchaseleuci episcopus nominatur in turba martyrum quae, saeiente in christianos Isdegerde, trucidata fertur anno 449. BEDJAN, t. c., p. 524; cf. infra, num. 42, p. 424. — (12) Cf. CHRISTENSEN, L'empire des Sassanides, l. c., p. 22; et fontes ibi allatos.

AUCTORE
P. P.

et unde
collectus?

13. Age vero ex ipsis hagiographi verbis constat hunc elenchem concinnatum fuisse e scriptis monumentis: quantum suppetebat historia. Qui fuerint hi fontes ac proinde quota aetas ipsius catalogi, ex rerum narratarum argumento dispiciendum erit. Iam singula elegia perlustremus. Haec nullo quem cernamus temporum ordine sed dignitatum gradu digesta sunt. Nominantur primo loco episcopi et sacerdotes, quos subsequitur unus religiosus, post hunc viri saeculares, dein pia matrona, tandem sanctimoniales seu virgines Deo consecratae.

14. Agmen ducit Iohannes episcopus oppidi Karkā de Beth-Selok, quod graeco nomine iam superioris appellavimus Chirchaseleucum (5). Nullus huic martyri locus datus est in Historia Chirchaseleuci, quam saeculo, ut videtur, sexto, syriaca lingua conscripsit hagiographus de grege (6). Nam unus Iohannes episcopus quem, regnante Sapore II, sedisse memorat, ecclesiae prae ful post Isaac martyrem et ante Agbatāham item martyrem. Ipse tamen non dicitur pro Christi nomine occubuisse (7). Sed laus ei tribuitur quod cum S. Iacobo Nisibeno et Iohanne Arbelorum episcopo in synodo Nicaena claruerit (8). Nugatoriam hanc fabulam omni auctoritate carere non est cur moneamus. Inde tamen patet in ipsa urbe Chirchaseleuco saeculo sexto Iohannis martyris memoriam nonnihil obscuratam fuisse eiusque Acta sincera, si umquam existierint, iam tum perisse. Certius contra index martyrum orientalium Edessenus (9) illum designat his verbis:

Iohannes
episcopus
Chircha-
seleuci

Iohannes et Sapor episcopi (oppidi) Chirchaseleuci. Iohannem etiam episcopum, nullo adiecto nomine sedis vel civitatis, memorat Sozomenus inter martyres Persas, qui a Sapore II interfecti sunt (10): nostrumne an alium prorsus incertum est.

ab
Adiabenae
regulo

15. Iohannes ille quidem (11) de quo nunc sermo est, capituli damnatus est ab Artaśir Adiabenae rego. Quidquid contra reclamatum fuit, nihil absoni deprehenditur in hoc titulo. Mos enim antiquitus apud Persas viguit, ut maiores provinciae — in qua numero erat Adiabene — quasi tot minora regna, a prefectis administrarentur et regia domo et stirpe, qui regis regum vicariam potestatem obtinebant (12). Neque nomen huius reguli difficulta-

AUCTORE P. P. *tem habet. Quem enim Acta nostra Artašir appellant, idem ipse est qui a Graecis dictus est Artaxerse* *Agartāzης*, latine Artaxeres (1), Saporis frater germanus (2) vel consanguineus (3), cui mortuo in regnum successit. Quo tempore in S. Iohannem sententiam dixerit, neque e documentis certo colligi negne conjectura satis probabilitatem astrui potest. Ex aliis martyribus quos ab Artaxerse Adiabenae regulo damnatos referunt catalogus nostri, Guhištazad eunuchus iam anno 342, mense aprilii videtur occubuisse (4). Triginta quattuor annis postea, Artaxes idem occidi iussit SS. Abdām et Ebediesum, qui passi sunt mense maio, persecutionis trigesimo sexto, sive anno Christi 376 (5). Per hoc diuturnum temporis intervallum, in Passionibus historiisque non paucis, Adiabenae magistratus et praefecti alii et alii nobis occurserunt, ut, exempli gratia, Pagrasp ille vel Pargaspa, apud Mešihāzēkā, in historia ecclesiastica Adiabenae (6); Perozes Tamsapor (Tāmshābur), ibidem et in Passione SS. Iohannis Arbelorum episcopi et Iacobi presbyteri, ad annum 343 (7); Adurpareh, ad eundem annum, in Actis S. Abraham Arbelorum item episcopi (8); Aduršag in Passione S. Ananiae Arbelensis (9); Narses Tamsapor (Tāmshābur), in Passione SS. Iacobi Tell-Salilae presbyteri et Mariae sororis eius (10), itidemque in Passione sanctorum monialium Toclæ et sociarum eius, qui omnes anno 347 occisi fuissent creduntur (11); Sapor Tamsapor (Tāmshābur) in Passione S. Barhādabešabae diaconi Arbelensis, ad annum 354 (12), et in Passione SS. Aithalae (Aitilāhā) et Hafsa ad annum 355 (13); Churcasid (Kurkašid) in Passione SS. Iacobi presbyteri et Azad diaconi Beth-Nagare ad an. 371 (14). Tandem anno 375, ipso igitur anno quo Artaxes Adiabenae regulus SS. Abdām et Ebediesum morti addixit, SS. Acceptimas eiusque socii Arbelis comprehensi sunt a praefecto Adarchurcasar (Adārkurkašar, alias D Adurkurkašar), graece Ἀδαρκύσαρ (15), qui post triennium a munere suo nondum excesserat (16). Verum isti omnes titulo *Ἄρταξες* vel *Ἄρταξης* communiter appellantur, quod apud Persas sacerdotalis dignitatis nomen erat, parthice seu pahlavice magupat (mc̄ḡpet), unde Sassanidarum aetate orta est forma movpet, persice 𐭠𐭩, magorum princeps (17), graece ἀρχιμάγος et quandoque, ad imitationem syriaci nominis, μανττάς (18). Unus Artaxes regis titulus insignitus est: quae distinctio probatum quandam fontem denotat aut certam testium notitiam vel memoriam, nedum hagiographorum arbitratu et licentia videatur inducta. Neque enim Artaxes, per diuturnum tempus quo Adiabenam vice regia administravit, omnes christianos religionis accusatos ipse iudicasse putandas est; sed interdum projecto, cum sive a provincia abesset, sive aliis distineretur negotiis, causas illorum inferioribus magistratibus permittere debuit. In hoc igitur Actorum nostrorum fides minime suscepisse est.

B *Itaque tempus in quo S. Iohannes Chirchaseleuci episcopus imperfectus fuit, eligendum est in longo illo triginta quinque circiter annorum spatio quo Artaxes regis loco provinciam Adiabenam administravit. Elsi vero certa desunt indicia, ex ipso tamen principatu quem in catalogo martyrum Garamaeorum obtinet, videtur in prima persecutionis eruptione peremptus esse. Utique si fide dignum est quod ait Mešihāzēkā (19), in Adiabena, cum qua tunc Garamaea in una dicione coniuncta erat, cruenta persecutio non exarsit, antequam Perozes Tamsapor, archimagus, in locum successit Pargaspa vel Pargaspa, viri clementis et pii, qui toto biennio christianorum haecdem cohibuit. Sed quantumvis a translaticis hagiographorum cantilenis discrepet haec laudatio incerto tamen tempore*

(1) AGATHIAS, *Historiarum* I. IV, c. 25, ed. NIEBUHR (*Bonae, 1828*), p. 263; THEOPHANES, *Chronographia*, ed. DE BOOR (*Lipsiae, 1883*), p. 59. Ex persico veriloquio idem nomen atque *Agartāzēz*. Aliae formas graecanicas sonant: *Agartāzōn*, *Agartāzē*, *Agartāzēs*, *Agartāzōs*, *Agartāzōtēs*, *Agartāzōtēs* (*Agartāzōtēs*) et si qua nos fugit. Vide F. JUSTI, *Iranisches Namenbuch* (Marburg, 1895), p. 35, et que ipsi annotavimus in *Byzantion*, t. I mos endendo. — (2) Th. NÖLDEKE, *Geschichte der Perser und Araber zur Zeit der Sasaniden, aus der arabischen Chronik des Tabari* (*Leyden, 1879*), p. 69-70; CHRISTENSEN, I. c., p. 22. — (3) JUSTI, *Iranisches Namenbuch*, p. 35. — (4) Vide infra, num. 23-30; p. 418-420. — (5) ASSEMANI, *Acta martyrum orientalium*, p. 153; BEDJAN, *Acta martyrum et sanctorum*, t. II, p. 333. — (6) Vide infra, num. 16. — (7) BHO. 500; BEDJAN, op. c. t. IV, p. 128. Iohannes Arbelorum episcopus nominatur in Edesseno indice martyrum orientalium, *Acta SS.*, t. c., p. [lxvi]. Eiusdem obitum refert Mešihāzēkā, qui tamen ei non Iacobum presbyterum adiungit, sed Narsetem presbyterum, cum Anania et Rejhima diaconis. MINGANA, t. c., p. 54. Mešihāzēkā sua quadam ratione videtur tempora computare, quam certiora documenta non in omnibus comprobant. Vide infra, num. 15. — (8) BHO. 12; BEDJAN, ibid., p. 128. Abraham cum Iohanne Arbelorum episcopo consociatur in Edesseno indice martyrum orientalium, *Acta SS.*, loc. c. — (9) BHO. 426; ASSEMANI, *Acta martyrum orientalium*, p. 122; BEDJAN, op. c. t. II, p. 307. Iacobus presbyter in *Telāthā Šellā*, nominatur in indice Edesseno martyrum orientalium, *Acta SS.*, t. c., p. [lxv]. —

(10) BHO. 138; ASSEMANI, t. c., p. 139; BEDJAN, t. c., p. 314. Bar Hadbēsābā quidam inter presbyteros martyres Adiabenae nominatur in indice martyrum orientalium, I. c. Idem Sapor Tamsapor cum Zarhurst (*Zarahušl*, i. e. Zoroaster) archimago memoratur ad an. 379 in Passione SS. Acceptimasi, Joseph et Aithalae. ASSEMANI, t. c., pp. 192, 197; BEDJAN, t. II, pp. 380, 387. — (11) BHO. 29; BEDJAN, op. c., t. IV, p. 134. Eorundem historiam persecutum Mešihāzēkā, MINGANA, op. c., p. 58-60. — (12) BHO. 138; ASSEMANI, *Acta martyrum orientalium*, p. 129-30. — (13) BHO. 29; BEDJAN, t. IV, p. 133-37. — (14) BHO. 423; BEDJAN, ibid., p. 137. — (15) H. DELEHAYE, *Les versions grecques des Actes des martyrs persans sous Sapor II*, in *Patrologia orientalis*, t. II, 1905, p. 485 et seq. Varias eiusdem nominis formas in graecis codicibus, vide ibid., p. 558. Dubitandi certe locus est num iste Adarchurcasar alius sit atque Churcasid de quo superius, annot. 14. Huic successerunt, ut modo dictum est, Sapor Tamsapor et Zarhurst. (Cf. supra, annot. 10). — (16) BHO. 22-23; vide BEDJAN, op. c., t. II, pp. 363, 380; BHG. 15-20, DELEHAYE, t. c., p. 505. — (17) HÜBSCHMANN, *Armenische Grammatik*, p. 195-96; CHRISTENSEN, *L'empire des Sassanides*, t. c., p. 34-35. De recentiori nominis forma, cf. etiam P. HORN, *Persische Grammatik*, in GEIGER und KUHN, *Grundriss der iranischen Philologie*, t. II, pp. 50, 188. — (18) *Passio S. Pherbutiae*, DELEHAYE, *Actes des martyrs persans*, t. c., p. 439 et seq.; *Passio S. Sirae, Acta SS.*, Maii t. IV, p. 172; cet. — (19) *Historia ecclesiastica Adiabenae*, MINGANA, t. c., p. 52-53.

persici

reapere
videtur
occidit
fuisse,

A persici magistratus, immo pontificis, haud scio an tamen Mešihāzēkā futili quadam memoriola deceptus sit, aut ipse sibi aequitatis speciem conciliare voluerit (1). Antiquiora certe documenta eius testimonio refragantur. Nempe Artaxersis reguli prorsus oblitus est; neque meminit tot martyrum eius decreto perytoplum, inter quos unus saltem, isque ad aulam reguli applicatus, immo etiam ipsi Sapori carissimus, in strage tumultuaria videtur periisse, quae vere novo anni 342, totum regnum subito pervuls, uti modo explicabatur (2). Haud improbabile est in primo aucto illius procellae sanctum quoque Iohannem occubuisse, cum praesertim post eum alii duo episcopi eiusdem urbis, ab eodem Artaxerse necati fuerint.

et loco.

17. De loco ubi Iohannes occitus sit, nihil constat. Vaticanus codex sancti martyris caudem contigisse refert **የኢትዮጵያ ሲጂ አዲስ አበባ**, inter Hašin pagum, quod recte scriptum esse citra iniuriam negaveris. Amidensis autem, nisi apographum ulter corredit Bedjan: **የኢትዮጵያ ሲጂ አዲስ አበባ**, in

B Beth Hašin pago, quod cum grammatica magis congruens est. Intellegit etiam possit: in pago dicto Ascia vel Axilla: id enim sonat appellatio. Pro Hašin, ductu ambiguo deceptus, legit Evodius Assemanni **አዲስ አበባ**. Hašin, quo errore sagacitatem delusus Georgii Hoffmann (3). Sed haud scio an vir doctissimus pariter haesisset in forma Hašin, quae nobis nudum nomen est. Memoratur quidem in Historia Chirchaseleuci (Beth-Selok): **የኢትዮጵያ ሲጂ አዲስ አበባ**, ager (vel pagus) aliquis nomine Hašin, in sububrio illius loci, infra clivum ubi Ma'na episcopus occitus fuit: in quo agro, saeviente persecutione, christiani sacellum quandam sibi exstruxerant (4), martyrum memoria celebre. Forsitan huius nominis forma quadam pluralis exocigari possit, e qua ductum fuerit illud Hašin, quasi gemini fuerint agelli cognomines. Sed haec conjectura maxime incerta est. Negue securius, e documentis qualia nunc supersunt, divinando assequi volueris utrum in ipso pago Hašin Artaxerxes regulus in Iohannem sententiam dixerit, an vero sanctus episcopus ab immis̄is illuc sicariis oppressus sit.

Sapor
Chircha-
seluci
episcopus.

18. Qui proxime nominatur Sapor episcopus Chirchaseleuci, is est projecto qui cum Iohanne consociatus est in Edesseno catalogo martyrum orientalium de quo supra (5). Inter episcopos ignoratae sedis quoque regnante Sapore II martyres occubuisse refert Sozomenus (6), comparet etiam Sapor nescio quis. Nostrum contra silentio praetermissi Historia Chirchaseleuci. Quae de illius supplicio hic obliter memorantur leguntur etiam in Passione quam edituri sumus et cuius origo melius infra investigabitur.

19. Isaac episcopus Chirchaseleuci is fortasse fuerit qui primus post Saporem nominatur a

Sozomeno (7). Eius mentionem frusta requiras in appendice martyrologii syriaci. Historia autem Chirchaseleuci, postquam Ma'na episcopum prope pagum Hašin lapidatum fuisse rettulit, porro pergit in haec verba (8): **መመሪያ ተስፋል**

AUCTORE
P. P.
Isaac Chir-
chaseleuci
episcopus;

ቻፋል ተስፋል ተስፋል
መመሪያ ተስፋል ተስፋል ተስፋል
መመሪያ ተስፋል ተስፋል ተስፋል
መመሪያ ተስፋል ተስፋል ተስፋል
መመሪያ ተስፋል ተስፋል ተስፋል

¹ **መመሪያ** add. BEDJAN. — ² **ዚህ** cod. —
³ **መመሪያ**, corr. BEDJAN.

Post haec prodiit Isaac beatus, e stirpe nobili; qui etiam martyrio coronatus est. Lapidibus eum obruerunt, praecepto regis adacti, ingenui (9) civitatis homines, qui nomine se christianos vocabant. Lapidatus est in colle qui pago Kanar imminet, in mansione Niqātor. His proxime continuat mentio Iohannis episcopi, quem scriptor Nicaenae synodo interfuisse commentus est, uti superius diximus (10). Inde patet quam mendax hoce testimonium videretur, nisi aliunde auctoritas illi accederet. Attamen qui hunc locum historiae Chirchaseleuci cum nostri catalogi laterculo conculerit, illico perspiciet utrique fontem communem fuisse, qui in historia plenius exscriptus est. Pagus Kanar, vel Kanār, in quo S. Isaac lapidatus est, videtur situs fuisse prope stationem Niqātor vel Niqātor. Utrunque locum nequicquam anquisiuit v. d. Georgius Hoffmann (11). Neque nobis res felicitas succedere poterat. Fortasse tamen notata non indignum est in Adiabena prope Arbelis Nicatorum montem, τὸ Νιζαρόγονος ὄπος, a Strabone indicatum fuisse (12). Mirum est nec suspicione carens, anno 449, duos presbyteros Isaac et Stephanum, ex oppido Chirchaseleuci eductos, lapidatos fuisse in summo clivo qui imminet pago Kanar (13). Etsi nomen Kanār, quod pahlavice sonat litus vel terminum, pluribus locis dari potuit, nemo tam non eandem historiam sibi videbitur agnoscere, cum Isaac episcopum et Isaac presbyterum in pago Kanār pariter imperfectos legerit. Noster S. Isaac cum S. Sapore episcopo consociatur in Passione quam infra edituri sumus. Praestat igitur ad illam annexare celeras quæstiones quæ de utriusque memoria exsurgunt.

20. Isaac presbyter pagi Hulsar postremo loco nominatur in uno e laterculis Edesseni indicis presbyter. martyrum orientalium (14): **መመሪያ ተስፋል**: Bibā, Māri, Symeon, Pāpā, Isaac, presbyteri Hulsar. Neque homines nec locus aliunde noti sunt. Pariter ignoratus est Adarguasp archimagus (15) a quo Isaac occisus fuisse dicitur.

eius
memoria

videtur
ad alterum
translata.

(1) Nullam in hoc loco difficultatem videtur expertus esse v. d. E. SACHAU, qui tamen non ostendit quomodo Mešihāzēkā narratio cum certioribus testimonis componi possit. *Die Chronik von Arbeli*, l. c., p. 35-36. — (2) Infra, num. 25. — (3) *Auszüge aus syrischen Akten persischer Märtyrer*, p. 277. — (4) G. MÖSINGER, *Monumenta syriaca*, t. II (Oeniponte, 1878), p. 66; BEDJAN, op. c., t. II, p. 514-15; cf. infra, num. 36, p. 422-23. — (5) Num. 15, p. 415. — (6) *Hist. eccl.*, II, 13, HUSSEY, l. c. — (7) Ibid.

— (8) BEDJAN, t. c., p. 515; cf. MÖSINGER, op. c., p. 66. — (9) Proprie: liberi, persice: ጥሃትናን (ṭazdhān); vide CHRISTENSEN, *L'empire des Sassanides*, p. 44-45. — (10) Num. 14, p. 415. — (11) *Auszüge*, pp. 48, 277. — (12) *Geographia*, XVII, 1, 4, ed. C. MÜLLER et F. DÜBNER (Paris, 1853), p. 628. De nomine haec notat Strabo: ἡ πόλις ἀπό μακεδόνας ἀλέξανδρος νικήσας τὴν περὶ Ἀσηνία μάχην. — (13) Vide infra, num. 42. — (14) *Acta SS.*, Nov. t. II, 1, p. [lxv]; NAU, op. c., p. 25. — (15) Cf. infra, num. 32.

AUCTORE
P. P.
*Papas
presbyter.* 21. *Papas aliquis in syllabo Edesseno memoratur inter presbyteros martyrum passos in Adiabena (1):* *Հանձնական հայոց տիտղոս*. — (1), Marsan, Pāpā, Ithamar, Barhadbešabā (i. e. Dominicus) ex Adiabena. *Is probabiliter idem est atque Papas presbyter pagi Helmin, quem catalogus noster ab Adiabene regulo necatum referit in pago Gelal, sive ut in codice Amidensi videtur scriptum, in arce Ga'al. Attamen dubitationem aliquam initil haec mentio, quae paucis versibus interpositis sequitur in eadem appendice:* *Պապա Տաճար Հայոց* *Papas diaconus ex Helmin. De urbe vel pago Helmin, nequicquam documenta interrogaveris quibus pepercit tempus edax (2). Gelal autem esse potest Harbagelal sive Harbathgelal, urbs episcopalis Garamae (3) ad Diabam (4) minorem. Nam ex Actis S. Marii § 15 colligitur hoc pleniori vocabulo appellatum fuisse vicum qui dicebatur Geläl, id est fons aquarum (5).*

*Vahunam
puer
idem
videtur ac
Behnam,* 22. Uhnam, iuvenis religiosus e Chirchaseleuci urbe, corrupto tantum nomine differt ab Ὡράμῳ τῷ ἀσκητῇ, qui in Graecorum synaxariis ad diem 20 novemboris (6) lapidatus fuisse refertur cum SS. Iohanne, Sapore et sociis, de quibus inferius iterum. Sed neque Uhnam emendatum nomen est; pro quo fiderenter describi potest Vahünām, quae forma notata dignissima est. Pahlavicūn enim, Vahünām, alias Vehvēnam, i. e. bene nominatus, Ἀγαθόνευος seu Εδόνευος (7), syriacē postea factum est Behnam. Noster igitur indulus confectus est antequam forma recentior invalidū. Neque nominis tantum scriptū obsoletam antiquitatem redoleat. Ipse sanctus, labente tempore, novam personam videtur induisse. Et re quidem vera, in coenobio Beth-Gubbe, qui locus haud incelebris fuit in Zabdicenae partibus Adiabenae finitimus, inter Ninive (Mausil) et Arbelā (8), hodieque cernitur sepulcrum (9) sancti Behnam et Sarā eius sororis (10), quorum Acta syriace protestant (11). Fertur ille fuisse Sennacherib regis Assur filius, qui a S. Mattā ad fidem conversus, asceticis laboribus se dedidit, et anno Graecorum 663 (Christi 351-352), regnante Sapore, martyr occubuit. Atqui non absurde addubitari potest num ista alius sit a S. Vahunam puer, quem eodem tempore, in eadem regione, martyrio coronatum

*Sarā
frater.* legitimus. Huius enim persicum nomen non certo D quidem neque constanti sed probabili tamen indicio suadet illum ethnici parentibus natum esse. Quod autem dicitur, filius foederis, i. e. « volū religione obstrictus » (12), cum non paucis martyrum Persarum exemplis congruit, qui suscepto baptismate, sanctius etiam vitae genus amplexi sunt. Locus Gazak, ubi matronae christianae Chirchaseleuci ab Adiabene regulo coactae sanctum iuvenem lapidibus obruerunt, procul ab oppidi territorio situs esse non poterat (13). Gandzak vicus, qui videtur inscriptus fuisse in apographo Amidensi, nisi et hoc arbitratu suo corredit Bedjan, in eadem projecto vicinia quaerendus est. Nam qui hoc nomine designatam credat urbem Gandzak in Atropatena, totam narrationem perabsurdam fecerit. Iamvero martyris prope Chirchaseleucum occisi reliquias in Beth-Gubbe, contermina provinciae loco, postea repertas fuisse, nemo mirabitur, cui non prorsus ignotum sit quomodo inventiones istae contingere soleant. Neque inaudito casu et incredibili deinde supervenit hagiographus qui huius martyris historiam suis figuris ornatiorem facere sibi videretur. Quod si reapse Behnam ille Beth-Gubbenensis, et Vahunam Chirchaseleuci iuvenis martyr sunt geminatis nominibus unus, nobis hoc loco praestandum foret officium a maioribus nostris praetermissum, qui SS. Behnam et Sarā ad 10 octobris, quo die apud Syros recoluntur, neglexerunt. Sed in necessitate incerta tantam laboris molem declinare liceat.

23. Prima elementa nominis Guhištazad cum perspectientia oculatissima quadam legit F. Nau in extremo prope versiculum huius indicis martyrum orientalium quem toties iam antestati sumus (14). Illic igitur, inter laicos, inscriptus erat Guhištazad, inclusus martyr Garamaeus, qui in catalogo nostro praecipuum quandam locum obtinet. Is Chirchaseleuci fuit incola, eunuchus Adiabenae reguli. A quo solem adorare iussus, Christi fidem ciurare noluit. Artaxerxes igitur captivum nomine Varathrān, pagi Salqunā presbyterum, compulit, ut illum interficeret. Quem cum ad se accedentem videret Guhištazād, eum admissi sceleris admonuit; at mox, surdo se loqui intellegens, tranquille cervices ei praebuit. Unum in isto latere

(1) cod.; cf. *Acta SS.*, t. c., p. [lxv]; NAU, t. c., p. 25. — (2) Cf. HOFFMANN, *Auszüge*, p. 277. — (3) CHABOT, *Synodicon orientale*, t. c., p. 672. — (4) Zab. — (5) Ed. I. B. ABELOOSEN, *Anal. Bolt.* t. IV, pp. 80, 82. Inde igitur corrigendum HOFFMANN, *Auszüge*, p. 277. (6) *Synax. Ecl. CP.*, p. 243. — (7) JUSTI, *Iranisches Namenbuch*, pp. 341-42, 360; HÜRSCHMANN, *Armenische Grammatik*, p. 81; cf. BEDJAN, *Acta martyrum et sanctorum*, t. II, p. 397, et infra, annot. 11. — (8) Vide HOFFMANN, *Auszüge*, p. 177-78, ubi viatorum testimonia proferuntur. — (9) Hunc c. an. 1879 catholici (Chaldaei?) obtinebant. HOFFMANN, t. c. p. 177. Quomodo res hodie se habeat nescio. Ecclesia Sancti Behnam certe non computatur inter coenobia et paroecias archiepiscopo Chaldaeorum Mausiliensi subiecta. Vide I. B. CHABOT, *État religieux des diocèses formant le patriarcat chaldéen*, in *Revue de l'Orient chrétien*, t. I (1896), p. 436-37; J. TEINKDJI, *L'Église chaldéenne catholique autrefois et aujourd'hui*, in *Annuaire Pontifical*, 1914, pp. 451, 482. — (10) Idem cuius meminimus in annotatis ad Vitam Iohannis e Dabra Bizan, supra, p. 265, annot. 7. — (11) BHO. 177, BEDJAN, t. c.

p. 397-441. *Passio et Miracula S. Behnam filii Sennacherib regis Assur aethiopico etiam sermone servata sunt, in codd. Musei Britannici Orient. 689, num. 31; 686, num. 29; 687-688, num. 34. W. WRIGHT, A Catalogue of the Ethiopic Manuscripts in the British Museum*, pp. 160-161, 167, 169, — (12) Intelligi etiam potest: « clerici », ut mavult Evodius Assemani, *Acta martyrum orientalium*, p. 96; sed erroris insimulandus non erat Graecus qui eum ἀσκητή appellavit, cum vox syriaca utrumque significet. Aut fortasse tot sanctae virgines, quae dicuntur, diaconissae fuerunt? — (13) De magna illa Gazak, quam celebatur hymnus de anima qui in *Acta Thome* insertus fuit, sermo hic esse non potest, cum praesertim hoc nomine designari urbem Gandzak in Atropatena ostenderit G. HOFFMANN, *Auszüge*, p. 250, annot. 1982; Id., *Zwei Hymnen der Thomasakten*, in *Zeitschrift der neutestamentlichen Wissenschaft*, t. IV (1903), p. 273; cf. J. MARQUART, *Osteuropäische und ostasiatische Streifzüge* (Leipzig, 1903), p. 300, annot. 1. — (14) *Patrologia orientalis*, t. c., p. 26.

difficultatem

A difficultatem obicit vocabulum Salqunā, sive, ut in codice Amidensi videtur scriptum fuisse, Salugānā. Sed καλόν vel καλόν facile scribi potuit pro καλόν (1), quod syriacum non foret τὸ Ἀλονάκων, quem locum non procul ab urbe Chirchaseleuo situm fuisse ostendunt Acta sanctae Sirea (2). Quod si tamen haec conjectura non placet, dicamus hunc aliquem fuisse ex viculis Assyriae cuius nomen semper ignorabitur. Reliqua prorsus plana et aperta sunt.

Iidia, Varathrān prisca forma est nominis Varahran, graece Οὐαραράνης, in lingua pahlavica recentiori Bahram. Isdem litteris scriptum legitur nomen avi Saporis II in codice syriaco saeculi VI (3).

in multis figuris mutatus: Boethazar, Saporis eunuchus, 24. Rursum igitur venerandae antiquitatis indicium oculos hic percellit. Ipsius autem Guhiš-tazad nomen, condicio, historia, in Syrorum Graecorumque litteris suspiciosissima cum varietate replicantur. A nostro indiculo eiusve fonte, per meatus nescio quot, derivatum est elogium τῶν ἀγίων μαρτύρων Βοηθαζᾶτ τοῦ εὐνούχου καὶ Σασάρον, καὶ τῷ σὸν αὐτοῖς ἀγίοις ἀδρῶν καὶ γυναικῶν, quod in synaxariis graecis, ad diem 20 novembris, subsequitur elogium SS. Saporis, Isaac et sociorum, de quibus infra sermo erit (4). De Boethazar eunuco haec porro narrantur: 'Ο μὲν Βοηθαζᾶτ χρονιάνων ἐξ βρέφους ὁν, χρανθεῖς καὶ μῆ πεισθεῖς θύσαν τῷ ἡλίῳ καὶ τῷ πνῷ, προστάξει τοῦ Περσῶν βασιλέως ἀμα τοῖς ἀγίοις Σασάρη καὶ τοῖς λουποῖς μετὰ πολλὰς βασάνους καὶ τυμόλας ἀγρεψθή· μεθ' ὅν καὶ γυναικεῖς ἄγιαι ἀσκήτριαι Βασθᾶ... (5). Has, quae modo nobis iterum occurrit, parumper dimittamus. Historia eadem paulo contractius legitur in aliis synaxariis exemplis, ubi tamen plenius recensentur nomina sociorum qui in collectiā hanc turbam compulsi sunt. Utcumque depravata, ista mentio ab optimo quodam documento primum deprompta fuit. Lapsum esse interpretem in titulo reguli Adiabenae, illius peccatum est, neque fontis vitium arguit. Nomen Βοηθαζᾶτ, si restituta littera una, legeris Βοηθαζᾶτ, miro plane modo consonat cum pahlavico Vahišāzād, quod ipsius syriaci vocabuli origo fuit. Quisquis igitur illud graecum primus fecit, is manifesto veteris linguae persiae haud imperitus fuit.

C Azad Saporis item eunuchus, 25. Ex alio fonte Sozomenus, postquam edictum memoravit quod Sapor anno secundo persecutionis, qui regni eius aetatis fuit 32, adversus christianos tulit, paulo inferius haec subdit: 'Αρειδός δὲ πάντων χριστιανῶν κτινγμένον πλειστον

AUCTORE
P. P.

καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς βασιλεῖοις ἀγρέθησαν, καὶ Αζάδης ὁ εὐνοῦχος τὰ μάλιστα βασιλεῖ κεχα-
ρισμένος ὦν. 'Ον ἐπείπερ ἀποθανεῖν δὲ Σαβόδης ἐπέθετο, περιλύπος εἰς ἄγαν ἐγένετο. Καὶ τὴν δημόδην σφαγὴν ἔστησε, μόνον δὲ τοὺς καθη-
γητὰς τῆς Θρησκείας ἀναιρεῖσθαι προσέταξε (6). Eadem feri leguntur, syriaco sermone, in extrema oratione, sive potius lamentatione, de strage martyrum saevissima, quae contigit anno Saporis 32, ab hora sexta feriae sextae in Paraseve, ad dominicam hebdomadae sequentis (7); in quo tamen threno, minime innuitur Azaden occisum fuisse in aedibus regis. Ex ista nenia videtur fluxisse elogium τῶν χιλίων μαρτύρων καὶ Αζάδη τοῦ εὐνούχου, quod in Graecorum synaxariis proxime consequitur commemorationem S. Symeonis archiepiscopi Seleuciae et Ctesiphontis eiusque sociorum, ad diem 17 aprilis (8). Eiusdem confusas occidionis in qua periit Azad eunuchus exstat alia historia (9), quae longo post tempore excogitata se prodit. In hac fabula, nimis imperiti artificii, Azad magni Guhištazad eunu-
chi factus est collega (10). Qui cum in Huzaina christianos gregatim trucidari videlicet, deliberato consilio vestem monasticam induit et interfecto-ribus ultro se obtulit. Postridie a rege arcessitus non comparuit. Itaque, indagatione facta, repertus est magus aliquis, qui inter christianos neci addictos monachum quandam Azad eunuchο si-
millimum sibi videretur agnoscisse. Huius igitur corpus, iubente Sapore, conquisitum et inventum est (11). De futili narratiuncula, iam satis super-

Azad
alteri
cognominis,

26. Hic, ab isto S. Azad qui ad nostram historiam proprie pertinet, ad aliquem eius cognominem parumper digredendum est. Exstet enim Passio S. Iacobi presbyteri Aspargalae et Azad diaconi Beth-Naggare martyrum Adiabenorum (12), qui ambo narrantur anno 32 persecutionis comprehensi fuisse et, postquam Arbelis per menses septem in carcere cruciati sint, praecisis cervicibus occubuisse, die 14 mensis nisan, in Paraseve. Haec ad rationem temporum exigere huius non est loci (13). Satis erit indicasse quid in syriaco documento no-
tatum sit. Ista etiam Passio graece conversa fuit et ex ea derivatum est elogium SS. Iacobi presbyteri ἀπὸ κόμης λεγομένης Φαργαθᾶ et Azae (Αζᾶς) diaconi ἀπὸ κόμης λεγομένης Βαθηρῷ (14), quod ad eundem diem habetur in synaxario Constantinopolitano, post elogium Azad eunuchi de quo modo dictum est. Ex ista Passione, vel ex aliqua mixtura inde recto, didicit Sozomenus quae de SS. Iacobo et Azad (Αζαδάνης) obiter et per-

(1) Similem errorem vide supra, in syllogo de S. Demetriano, num. 9, p. 386, annot. 2. — (2) § 18, 21-22; *Acta SS.*, Maii t. IV, p. 179-81; de quo nomine Papebrochius nimis docte annotat, p. 181, a Ptolemaeo memorari urbem Ἀλονάκων in Media. Vide PAPE-BENSELER, i. v. — (3) Musei Britanici Add. 12142; W. WRIGHT, *A Catalogue of the Syrian Manuscripts in the British Museum*, p. 1093; cf. F. NAU, *Martyre de Qandida*, in *Revue de l'Orient chrétien*, 2^e sé., t. XX (1915-1917), p. 23. De forma nominis, Th. NÖLDEKE, in *Zeitschrift der Deutschen Morgenländischen Gesellschaft*, t. XXVII (1873), p. 196, annot. 1; Id., *Geschichte der Perser und Araber*, p. 46, annot. 3; JUSTI, *Iranisches Namenbuch*, p. 361. — (4) Num. 40, 47, p. 423-25. — (5) *Synax. Eccl. CP.*, p. 243; cf. infra, num. 44. — (6) *Historia ecclesiastica*, II, 11, HUSSEY, t. c., p. 143-44.

-mixtim

— (7) BHO. 124. — (8) Vide infra, num. 27-28, p. 420. In aliis exemplis S. Symeonis dies festus est 14 aprilis. *Synax. Eccl. CP.*, p. 601-602. — (9) BHO. 704. — (10) BEDJAN, op. c. t. II, p. 244. — (11) Ibid., p. 245-46. — (12) *Synax. Eccl. CP.*, p. 607-608. — (13) Feria VI Dominicæ Passionis, toto illo temporis intervallo, in diem 14 aprilis non incidit nisi annis 366 et 377, quorum neuter fuit annus 32 persecutionis (371-372). Aut igitur pro die 14 mensis nisan, legenda est luna 14 mensis nisan, quae anno 371 congruit cum die nisan 15; aut septem menses quos SS. Iacobus et Azad in vinculis transegerunt, ad septem annos sunt producenti, ita ut sancti martyres anno 377 mortui sint. Sed de his alias plenius. — (14) *Synax. Eccl. CP.*, p. 608.

AUCTORE

P. P.
qui in
nova
persona

mixtim meminit in historia SS. Acepimae et
sociorum eius (1).
27. Illos omnes celebritate vicit S. Guhištazad
alter qui inducitur in Actis syriacis S. Symeonis
Bar-Sabbæ (2). Hic etiam eunuchus fuit non
Artaxeris sed ipsis Saporis, idemque regi ca-
rissimus, quem puerum educaverat. Christianae
fidei proditor factus, cum sanctum episcopum
ad regias aedes raptum salutare vellet, ab eo gra-
viter obiurgatus, admissi sceleris conscientia angi-
coepitus est. Itaque regem ultro adivit, mutatam
sententiam audacter ei significavit, eiusque minis
ac blanditiis pariter superalis, gladio tandem
feriri iussus est, luna decima tertia mensis nisan,
feria quinta hebdomadae maioris (3). Eius histori-
am summatim refert Sozomenus (4), ex cuius
verbis olim Henschenius noster Acta S. Symeonis
exposuit (5). Eandem ex alio, ut videtur, fonte
contraxit synaxarium Constantinopolitanum (6).
Mitto altos qui aliena dicta recinunt. Nomen Gu-
hištazad in Graecorum libris formarum varietatem
induit, quae neque eadem aetate neque eadem via e
syriaco archetypo derivatae sunt. Exempla sint
apud Sozomenum, Οδοθαζάρης (7); apud Theophanem,
Οδοθάξα (8), quod a phalanica forma
minus discrepat; in synaxario autem, Γονθαζάρ,
quod cum syriaco magis consonat, et horridioris
etiam formae nobis deinceps vitrandae copiam dat-
bit.

Eleutherius
dictus est,

28. Necdum satis per ambages erratum. S. Gusta-
thazat eunocho Portæ Regiae nugator aliquis his-
toriam finxit, quae in Passionem sanctæ Mah-
ducht virginis et fratrum eius Adurparva et Mihr-
narsæ inserta fuit (9). Dum sancti martyres in
monte Brāin vel Bren, Garameæ regionis (10),
procul ab eorum parentibus christiano ritu vivunt,
Sapor ab eos conquirendos misit eunuchum nomi-
ne Gusthazat. Qui, cum podagra torqueretur atrociter,
a sanctis sanatur. Hoc alisque prodigiis eu-
nuchus ad fidem Christi convertitur. Iuvenes eum
ad S. Symeonem Bar-Sabbæ transmitunt, qui
eum baptismate abluit, simulque catechumeno
vaticinatur eum uno die ante S. Symeonem mar-
tyrio coronatum iri (11). Reliquam fabulam evolu-
vere praesenti quaestione non cogimur (12). Inde cer-
to profluxit historia Ἐλευθερίων τοῦ Πέρσου quae
in nonnullis synaxariorum codicibus ad 13 aprilis,
uno die ante S. Symeonem festum contracta
est (13). Hanc qui graece convertit ex parte tan-

(1) *Hist. eccl.*, II, 13, HUSSEY, t. c., p. 147.
— (2) BHO, 1117; Vide nunc M. Kmosko,
Patrologia syriaca, t. c.; *Martyrium beati Symeonis Bar Sabbæ*, num. 26-33, p. 750-58;
Narratio de beato Symone Bar Sabbæ, num. 50-64, p. 863-87. — (3) Kmosko, t. c.,
p. 887. Notae temporum quadrant in an. 341. —
(4) *Hist. eccl.*, II, 9-10, HUSSEY, t. c., p. 136-40.
— (5) *Acta SS.*, Apr. t. II, p. 844-47. — (6) *Synax. Eccl. CP.*, p. 607. — (7) Ed. DE BOON,
t. I, p. 25. Alius codex habet Οδοθαδοξάρης.
Unde Kmosko expiscatus sit Ὀγχαζάρης, quod
rectius existimat (t. c., p. 749, annot. 2), nescio.
— (8) Apud CEDRENUM, ed. BEKKER, t. I (Bon-
nae, 1838), p. 498. — (9) BHO, 1106; cf. HOFF-
MANN, *Auszüge*, p. 9-16. — (10) Viginti circiter
milia passuum a pago Gelal, de quo supra, num.
21, p. 418. HOFFMANN, ibid., p. 261-62. —
(11) BEDJAN, t. c., p. 34. — (12) Otosis etiam
relinqui possunt posteriora commenta alia aliis
absurdiora. In ludificanda historiae veritate
haud minus longe processit chronographus
Seertensis, qui inter cetera figmenta S. Gusthazat

tum haud tamen inepte reddidit veriloquium no- D
minis pahlavici Guhištazad, quod constat ex gu-
hišt, vel vališt, « optimus », et azadh, vel azat,
« ingenuus, liber » (14). Primum vocabulum omi-
nit interpres, retinuit alterum, nisi nomen persi-
cum in ipso exemplo syriaco iam capite truncum
erat, ita ut in isto legeretur non Guhištazad sed
Azad eunuchus.

29. Ut haec igitur omnia paucis complectamur,
duo nobis occurunt Gusthazat, alter eunuchus
Artaxeris alter ipsis Saporis, quorum ille Ar-
taxeris, iste autem ad Portam Regiam, Susae (Kar-
kā d. Lēdān) trucidatus est. Medius inter ultrum-
que intercedit tertius eunuchus nomine Azad,
Saporis item carissimus, quo inscio et invito, in
tumultuaria strage interfactus est. Quartus tan-
dem his admixtus est Azad diaconus, cuius non
unum nomen erroris causa esse potuit, ut modo
videbimus. Horum autem nominum, auditio alio
aliud resonare, ostendit ipsum synaxarium ubi tria
postrema in unum diem congeruntur. Et quis est
tam simplex aut tam lentus ut non illico sentiat
hominibus umbras fuisse adiunctas? Tola res sic
breviter explicari potest (15). Gusthazat eunuchus
qui Saporis nutritius fuerat, Artaxersem quoque
huius consanguineum natu minorem educavit, quem
in Adiabenam deinde secutus est. Hoc igitur pacto,
in promiscua illa caede christianorum, accidere po-
tuit ut, in Artaxeris aula, procul a Sapore, in-
terficeretur homo carissimus quem rex salvum et
incolumente volebat. Itaque Gusthazat hinc martyr
Adiabenus vel Garamaeus idem ipse est Azad
eunuchus, cuius improvisam caedem Saporis gravissime
talisse refertur a Sozomeno aliisque (16).
Mutandi eius nominis forsitan haec causa fuerit.
Alter ille Azad, cuius supra meminimus, Beth-
Naggarae diaconus (17), in vincula connectus est
anno 32 ab edicto Saporis, et post diuturnas car-
ceris aerumnas, martyrium absoluit 14 menses
nisan, in die crucifixionis Domini. Quae cum cur-
sim in epitome aliqua multilove codice legeret
scriptor ieiunae illius declamationis, existimat
hunc Azad eundem esse atque Gusthazat eunu-
chum, anno Saporis 32 interemptum, in effre-
nata caede, quae feria sexta in Paraseve coorta F
est; itaque nomen unius ad alterum transtulit.

30. Multo etiam minus praeter Azad, Saporis
amicum, exstisit credendus est Gusthazat alter,
Saporis paedagogus, quem ipse rex ad mortem

totidem
formae
sunt

unius
hominis,

E

patrem dicit duorum monachorum. Ed. ADDAİ
SCHER, *Patrologia orientalis*, t. IV, p. 300. —
(13) *Synax. Eccl. CP.*, p. 599-600; ibid. p. 603-
604, ad diem aprilis 14. — (14) Vide JUSTI,
Iranisches Namenbuch, p. 340; cf. supra, num. 19,
p. 417, annot. 9. In *Passione syriaca*, num. 26,
interpretatio partim falsa subicitur:

Ազած, Եղանակ և Հայութած, Guhištazad, quod in-
terpretando dicitur regni ingenuus. Kmosko,
t. c., p. 750. Similiter fere versio armenia:
Գոշիազդ որ Թագավորակ կոչի արքայազդա.
Bibliotheca armenia, t. XX (Venetiis, 1854),
p. 31. Thomas Ardsruni Armenii interpreta-
tionem plane fallacem vide apud JUSTI, *Namenbuch*, I, c. — (15) Cf. quae de hac quaestio-
ne fusius disputata sunt in *Anal. Boll.*, t. XXIX,
p. 150-56. — (16) Id iam perspexerat Simon AS-
SEMANI, *Bibliotheca orientalis*, t. I, p. 194, qui
propter dictum hoc sapienti imperite reprehendi-
tur a nepote suo Evodio, *Acta martyrum
orientalium*, p. 50, annot. 4. — (17) Num. 26,
p. 419.

damnaverit.

A damnaverit. Scilicet, uno tempore in regiis aedibus Persidis, non tot fuerunt eunuchi cognomines idemque christiani, ex quibus unum interfecit Artaxeres, alterum Sapor, tertium tandem casu peremptum deflevit idem Sapor. Verum plane exclaudendus est secundus qui nemo altius nisi altera primi persona fuit. Cum enim Gusthazat ille Chirchaseleuci eunuchus quem Artaxeres interfecit, eunuchus fuerit Saporis, et eodem fere die etsi non eodem anno mortuus sit cum S. Symeon Bar-Sabbā'e, grandiloquus iste rhetor qui S. Symeonis Acta tot inanibus verbis referit, in haec etiam Gusthazat inducere voluit. Itaque historiunculam excoxitavil, quae si recipietur, vix non aperta falsitatis arguendi sunt catalogus martyrum Garamaeorum, Sozomenus, et quotquot Azad eunuchum invito Saporis occisum memorant. Accedit quod ipsa narratio ex Actis S. Gusthazat Adiabeni martyris depravatam se prodit. In his enim legimus sanctum senum occisum esse a presbytero apostata cui Artaxeres hoc foedium munus commiserit. Id autem cum Persarum tyranorum moribus apte congruere videtur. Ut enim alia exempla praetermittamus quae in ipso catalogo nostro martyrum Garamaeorum leguntur, sanctae Thecla, Mariamne et sociæ a Paulo sacerdote indigo interfectae sunt (1); S. Barjhadbešabā (Dominicus), diaconus Arbelorum, a Gagā viro nobili, qui a Christi fide descripserat (2); S. Badimus archimandrita, a Narsete christiano, qui in eodem carcere inclusus fuerat (3). Arbelorum cives ab Adiabene archimago S. Ioseph, S. Acepsimae sicutum, lapidare cogantur: cui crudeli mandato fortiter restituti pia matrona nomina Iezanducti (4). Ne multa: haec satis ostendunt indiculi nostri narrationem in hoc etiam cum rerum veritate aut certe cum hagiographorum moribus concinere. Contra, in Passione S. Symeonis, ipse Gusthazat Christum eiuravit, et propter hanc causam corripitur a sancto martyre sicut Varathran ille sacerdos a Gusthazat Artaxeris eunicho: ita ut utriusque simul personam suscepisse videatur. Reliqua etiam narratio si attente consideratur, multis partibus ab humanae naturae norma recedit. Neque nimis pervicax sit qui eam ad orationis ornamentum fictam putet. Sed de his forfatto iam longius quam res postulabat.

*Martyres
urbis
Lasumoni.*

C 31. Laſom rustica civilitatula projecta est τὸ Λασονιῶν στήλη, cuius mentio est in Passione S. Sirae, § 28 (5). Situm illud fuisse non procul ab hodierno pago Dāqūq, ergo in finibus urbis Šahrqarth (6), evidentibus testimonii ostendit G. Hoffmann (7). Sedes haec fuit episcopalis Garamaeorum metropoli subiecta (8). Locus igitur nobis non plane ignoratus est; nihil tamen inde notiores laici quattuor Sāsān, Māri, Tīmā et

Zaruān, qui omnes ex illa urbe in Huzañam abi- repti, de Saporis mandato ibidem interfecti sunt. Amīdensis codex, omisso Mari, tertio loco memora- rat Noh, i. e. Noe. Ex his nominibus (9), Sā- sān, totidem litteris exhibet elenches Edessenus martyrum orientalium, in censu presbyterorum qui in Garamaea provincia passi sunt (9). Marin item presbyterum, cum aliquot aliis, inibi sociatum legitimus Isaac illi presbytero Hulsar, qui me- moratur in nostro catalogo (10). Nōl, Tīmā et Zaruān ne cognomines quidem habent, de quibus interrogari possit num alter alterius personam induerit. Totum agmen quale hic occurrit in co- dice Ambrosiano synaxarii græci perspicue agno- scitur ad diem 20 novembris, ubi S. Boelhazat eu- nucus passus legitur ἄμα τοῖς ἀγίοις Σασάνῃ, Νοηλάρῃ, Ζαροβατῆνῃ (11). Horum igitur no- mina utcumque servata sunt; sed quicquid ex eorum historia apud Graecos traditum legitur, aperte falsum est.

B 32. Ba'uthā, nobilis matrona saecularis, quae Chirchaseleuci, ante foras aedium suarum, ab Adargušnasp archimago iussa est occidi, facta est Baouθā sanctimonialis in perturbatissima men- tione synaxarii græci, quae modo afferenda est. Eius memoria nusquam alibi servata fuit.

33. Ab eodem archimago, non tamen eodem loco neque, ut videtur, eodem tempore damnatae duae sanctimoniales Thecla et Dinaq — sic enim legen- dum nomen, quod proprie persicum est (12). Has etiam Græcus perperam adiunxit ad turmam de qua iam agendum est.

34. Tatūn, Māmā, Mazachīā et Anā virgines sacrae ab archimago Chirchaseleuci occisae sunt in suburbio quod dicebatur Ḥaurā, i. e. album vel candidum. Ex earum sanguine germinavit ficus portentosa, quae deinde a Manichæis abcisa est. His a nostro catalogo acceperis, lege nunc synaxarium Mediolanense, eo loco quem superius atti- limus (13): μεθ' ὅν καὶ γνωτίκες ἀγίαι ἀσκή- τραι Βαονθά, Θέζλα, Δινάρ, Τέντον, Μάμα, Μαλοζλα καὶ Ἀγρα ἀπεχεγαλίσθησαν, καὶ Νάρα, καὶ Ἀστη καὶ Μαλάζ ἀετάρθενοι μαχαλαῖς χατεύσαντας. "Οπού δὲ ἔρρευσε τὸ αἷμα αὐτῶν, συνῇ ἀνελθοῦσα λαμάτων χάριν παρεῖχε τοῖς πιστοῖς. Eadem fere codex Sirmidianus, qui tamen, dum pleraque nomina omittit, historiae par- ticulam extreamam servavit: ἥτις (συκῆ) ὑστερον ἐξεσότη ὑπὸ τῶν ἀθέων Μανιχαίων, φθονησά- των τῇ τῷ θεῶν θαυμάτων ἐνεργείᾳ (14). Inde manifestum est utrique elogio græco fontem communem fuisse, qui a syriaco archetypo proprius abessel.

35. Sanctarum virginum illarum memoriam earundem exornavit scriptor Historiae Chirchaseleuci, qui tamen, more suo, temporum ordinem nihil curans,

AUCTORE
P. P.

Bautha
matrona.

Thecla
virgo et
sociæ.

Sanctimo-
niales
Chircha-
seleuci;

F

(1) BHO. 1157, ASSEMANI, *Acta martyrum orientalium*, p. 124 et seq.; cf. *Synax. Eccl. CP.*, ad d. 9 iunii, p. 739-40. — (2) BHO. 138, ASSEMANI, op. c., p. 129-30. — (3) BHO. 131, ASSEMANI, ibid., p. 166-167; cf. DELEHAYE, *Actes des martyrs Persans*, t. c., p. 475-77. — (4) ASSEMANI, ibid., p. 197-98; DELEHAYE, op. c., p. 515. — (5) *Acta SS.*, Mai. t. IV, p. 183; cf. HOFFMANN, *Auszüge*, p. 274. — (6) Vi- de supra, num. 6, p. 413. — (7) L. c., p. 274-275. — (8) CHABOT, *Synodicon orientale*, p. 675-676. — (9) *Acta SS.*, Nov. t. II, 1, p. [LXVI]; NAU, *Patrologia orientalis*, t. c., p. 25. —

(10) Supra, num. 16, p. 417. — (11) *Synax. Eccl. CP.*, p. 243-44; cf. supra, num. 24, p. 419; et infra, num. 43 p. 425. Neque legentem fugiat hoc loco græcum congruere hinc cum codice Amīdensi inde cum codice Vaticano, ubi catalogus martyrum Garamaeorum cum Passione S. Narse- tis coniunctus est. — (12) TH. NÖLDEKE, *Persische Studien*, in *Sitzungsberichte der phitos.-hist. Classe der kais. Akademie der Wissenschaften*, t. 116 (Wien, 1888), p. 417; JUSTI, *Iranisches Namensbuch*, p. 84-85; cf. p. 77. — (13) Supra, num. 24, p. 419. — (14) *Synax. Eccl. CP.*, l. c.

beatas

A eum obruerunt in clivo qui (pago) Ḥāṣā imminet, et lapidatione martyrii coronam accepit.

auctior non verior. 37. Hactenus homo minime acutus, non quidem paragraphum illam amplificans ex indice martyrum Garamaeorum, quem si legit, hic ut alias ineptius etiam quam mendacius detorsit, sed, ut videtur, commentatoriolum quendam excerpens, quo noster etiam uti potuit. In quo tamen documento, si veridicum illud fuit, sanctorum virginum historia cum Passione Maanae episcopi conserta non erat, qui in Garamae elenco non comparet. Cum iis que narrantur de anno festo sanctorum martyrum, G. Hoffmann eruditus contulit locum ex Passione S. Sirae, § 16: οὐτοῦ γάρ αὐτῆς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ φύλαττομένης, ἔφθασεν ἡμέρᾳ, καθ' ἣν ἀπαξ τοῦ ἑτοῖς ἐπιτελεῖται σύναξις μαρτύρων ἐν την τῶν ἐβίτηροις οἶκον ἔξωθεν τῆς πόλεως. Ἐπειθύμει γε ὃ ἄγια Σιρήν τυπός ἐξελθεῖν καὶ ἀφανῆς τὴν πανυχίδα θεάσασθαι (1). Utique in Chirchaseleuci vicinia loca alia extitisse martyrum memoria sacra, ostendit ipsum B testimonium quod modo recitatum est (2). Verum haud improbabile est sanctae captivae cordi praesertim fuisse ut virginum martyrum solemnitati interesseret. Itaque anno 558, quo haec agebantur, etiamtum florebat sanctorum virginum cultus, in proprio sacello.

Abiath, Hattai et Mamlachā, 38. Agmen claudunt sanctae Abiath, Hattai et Mamlachā (3), moniales et Garamae provincia, quae ab ipso Sapore damnatae referuntur, cum in provincia adesset. Has in synaxario bibliothecae Ambrosiana, mutulis nominibus, inter socios S. Boethazat, qui et Gusthazat, recentitas fuisse iam superius notavimus (4). Sedvidendum est num fortasse longius etiam aberraverint. Nempe die octobris 5 (alias 4) in synaxariis graecis annuntiatur sancta Mamezchā, martyr in Perside, ἵερα οὐνάρχοντα τοῦ ναοῦ τῆς Αρτέμιδος, et soror eius a qua conversa fuit ad fidem christianam (5).

quea et Mamelchtha. Ἀντίτοιχον non multum differt a Μαμλάχα, et in ore vulgi, διὰ idem jere sonabat atque Μαμλάχα, soror. Nominis Mamezchā cum Mamlachā similitudo non fugit Simonem Assemani, qui recte perspicit utrimque martyrem C eandem designari (6), et in hoc Eudovium nepotum suum suffragadorem habuit (7). De Mamelchtha eiusque sorore narratur historia insigniter commenticia, quam decessores nostri ad diem 17 octobris nimia cum indulgentia exceperunt, argumentum ex ea ducentes adversum ultriusque Assemani sententiam (8). Nobis quidem, collato exemplo SS. Iohannis et Saporis, plane evidens est sanctis virginibus Mamlachae et Hattai, postquam eam cultus Constantinopolim invectus est, a Graeculo quodam, ex umbra et fumo confictum

esse Passionis simulacrum, quod non parvi sed nihili faciendum sit.

39. His quam brevissime potuimus expositis, iam luculenter constat in catalogo martyrum Garamaeorum fontem agnoscere probum ei fide dignum. Elsi multis post annos (§ 14), ex obsolescentibus iam memoris (§ 16) se collectum perhibeat, nihil tamen in eo reprehenditur quod antiquitatem non resipiat aut recentiori tempore retraclatum fuisse videatur. Artaxeres Adiabenae regulus obiter nominatur, ut a scriptore qui eundem, mortuo Sapore, in universo Persarum imperio regnante nondum viderit. Tantum abest ut posteriorum hagiographorum commenti libellum inficerint, ut e martyribus Saporis aetati supparibus nullus in eum relatus sit. Nempe iam anno 412, in Edessena syloge martyrum orientalium, quam toties memoravimus, recensentur octo Garamaei presbyteri (9):

መድኋቤ መድኋቤ መድኋቤ መድኋቤ መድኋቤ መድኋቤ መድኋቤ መድኋቤ

አቦ አብርኤል , Abo, Abraham, Petrus, Pembaq (10), Susaī, Papas, Sāsān, Baris (11), ex Garamaea. Atqui, secluso Sasan, qui fortasse E Sasan laicus est de quo supra (12), ceterorum omnium nemo in catalogo nostro locum obtinuit. Neque silentum tantum, sed multo etiam magis totius orationis prisca et sobria simplicitate documentum antiquum se testatur. Ubicumque antiquitas cum aliis fontibus conferri potuit, aetate et fide et auctoritas.

§ III. De Passione SS. Saporis, Isaiae et sociorum.

40. Iam saeculo VII/VIII, si reapse tunc exaratus est codex Amidensis, de quo supra, num. 3, SS. Saporis et Isaac Edesseni martyrum quorundam Persarum reliquias intra urbis suae moenia requiescere sibi persuaserant. Illic igitur, a rhetore quoipiam domestico, arte nec nova nec difficilis, lucubrata est Passio Saporis Nicatorii episcopi, Isaac Chirchaseleuci F episcopi, Maanae (Ma'na), Abraham et Symeonis, quam infra denuo edituri sumus (13). Quam probe tradita sit, non liquet. Libelli apographum, praeter Amidense illud, unicum servavit codex Vaticanus syrus 161, olim Nitriensis 2, pergamenus, folia nunc complectentes 216 mediane formae, monocola, « strongylis » litteris exarata. Huius ascriptiones memoriales cum primis postfremisque foliis perierte. Assemani quidem ambo in Catalogo suo illum perpetuum appellant. Sed quae membrana syriaca

(1) L. c., p. 47, annot. 412; cf. *Act. SS.*, t. c., p. 178. Eodem loco, ante S. Sirae actatam, occisi fuerunt ali martyres quorum mentio inferius oecurret, num. 42. — (2) Vide etiam infra, num. 42. — (3) Pro Mamlachā, codex Amidensis ex superiori laterculo iterum inducit Mazachiam. — (4) Num. 24, p. 419. — (5) *Synax. Eccl. CP.*, pp. 104, 107-108; cf. annotata, p. 955. — (6) *Bibliotheca orientalis*, t. I, p. 190. — (7) *Acta martyrum orientalium*, p. 102-103. — (8) *Acta SS.*, Oct. t. VIII, p. 53-55. — (9) *Acta SS.*, Nov. t. II, 1, p. [lxv]; NAU, *Patrologia orientalis*, t. c., p. 25. — (10) Graece: Πάρεξος, AGATHIAS, *Historiarum* I, II, 26, ed. B.G. NIEBUHR (Bonnae, 1838), p. 123 et seq.; vel Παρεξός, GEORGIUS SYNCELLUS, *Chronographia*, ed. G. DINDORFF (*Ibid.*, 1829), p. 677. Cf. JUSTI, *Iranisches Namenbuch*, i. v. Pāpāk. Formam Ηάζαρος affert P. HORN, apud GEIGER ET KUHN, *Grundriss der iranischen Philologie*, t. I, 2 (1898), p. 50; sed quo loco legatur non repperi. — (11) Bāris, alias Pāris, vel Pārs, i. e. lynx vel pardus. Vide JUSTI, op. c., i. v. Pārs. — (12) Num. 31, p. 421. — (13) BHO. 1042, ASSEMANI, *Acta martyrum orientalium*, p. 226-29; BEDJAN, *Acta martyrum et sanctorum*, t. II, p. 51-56; germanice conversa fuit a BRAUN, *Ausgewählte Akten persischer Märtyrer*, p. 1-4.

illis

AUCTORE illis puerulus non fuit? Inde quidem scripturæ aetatem non docemur (1). In imagine tamen photographica quam a v. d. Silvio Jos. Mercati accepimus, manum saeculi circiter decimi nobis videatur agnoscere. Ad nonum saeculum ductus et

scriptionis formam refert Michael Kosko (2); cuius sententiae haud inviti credimus. Itaque

PASSIO SS. Saporis et Isaac saeculo IX non nihil antiquior esse potest. Qui eam compositus narrationis argumentum aut ab illo accepit qui reliquias Edessam advexit, aut ipse sibi providendum curavit. Utteris reus est fraudis, eius artificium idem fuit. Quippe libellum expilavit simillimum catalogo martyrum Garamaearum, ne dicamus ipsum hunc catalogum, qualis nunc legitur, in eius manus incidisse. Et re quidem vera, praeter historiae particulas quae in eo servatae sunt, hagiographus de SS. Saporis et Isaac proorsus nihil novit; neque illas auxit nisi figuris commentisque, suis vel alienis, quae nec cum narrationis consequentia neque cum rerum veritate congruant. Haec pauca breviter annotasse

B tuverit.

litterae 41. S. Sapor, pariter atque S. Isaac, Chirchaseleuci fuit episcopus (3).

Sed cum Passionis scriptor ad tragodiam commodius ornandam, utrinque fata conserere mallet, neque duos posset eiusdem civitatis antistites simul inducere, idcirco S. Saporem episcopum fecit Nicatorii, sive Bethi Niqātor: quod nomen in S. Isaac elogio repperit. Neque eum movit quod Nicatoriorum numquam urbs episcopalis fuit. Ex dictis etiam patet ad fabulas amandum esse quidquid hagiographus refert de confessione sanctorum episcoporum coram ipso Sapore. In utrumque enim sententiam dixit non Sapor sed Artaxeres Adiabene regulus. Quin immo in S. Saporem episcopum non videtur iudicium latum esse; qui in carcere indemnatus occubuit. Eius mors cum Artaxerii renuntiata est, ist custodum fraudem suspicatus, praecisum martyr caput sibi iussit affterri. Haec etiam hagiographus Edessenus ad Saporem regem transtulit, quasi non ipse catalogi narratio fūculam detorques superius dixisset sanctum episcopum biduo ante, præ oculis ipsius regis justuuero prope conjectum fuisse. Cetera autem quibus Passio referita est: magorum querelae, christianorum conquisito, martyrum cum tyranno allerationes ac diversib[us] suplicii tandem modus, vix aliud sunt quam pigmenta verborum et vulgaribus libellis repetita, qui rebus etiam veris ac certis fabulae specimen praebent.

C 42. SS. Saporis et Isaac comites adiuncti sunt Maana, Abraham et Symeon. Hos scite animadvertis vir doctus Hieronymus Labourt (4) nominatos esse in Historia Chirchaseleuci, inter martyres qui anno 449 (5), regnante Isdegeride, in illa metropoli passi feruntur. Longam nec difficultatibus vacuam narrationem hic enucleare supervacaneum est. Satis erit exscriptisse locum

qui ad nos pertinet (6):

λέγεται τούτη η μάρτυρα του πέμπτου αιώνα μάρτυρας από την Καστορία πάνω στην θάλασσα της Μασσαρίας στην περιοχή της Καστορίας μεταξύ της Ζάρδας και της Ραζίας και της Λαζαρίας της Εριβανίας, μεταξύ της περιοχής της Καστορίας και της περιοχής της Βαρδαρίας. Την περιοχή της Καστορίας στην οποία ανήκει η πόλη της Καστορίας, η πόλη έλαβε το όνομα από την ομώνυμη λίμνη που βρίσκεται στην περιοχή της πόλης. Η λίμνη ήταν γνωστή ως η μάρτυρα της Καστορίας, η οποία ήταν γνωστή ως η λίμνη της Καστορίας. Η λίμνη της Καστορίας είναι η μάρτυρα της Καστορίας. Η μάρτυρα της Καστορίας είναι η λίμνη της Καστορίας.

¹ *ταῦτα διατίθενται* var. — ² *ταῦτα διατίθενται* var. — ³ *ταῦτα διατίθενται* var.

Cleri autem ministros qui cum illis erant, presbyteros nomine Isaac et Stephanum, cum sociis eius iussit (Tabniagerd magorum procurator) lapidibus obrui in clivo qui imminent pago Kanar (7)... Ad Abraham vero, et Symeonem et Maanam quod attinet, foderunt iis locum in summo clivo, ubi lapidarunt Stephanum et socios eius. Itaque hos adduxerunt, gravibus catenis onustos. Reliqua autem turba, tria milia numero, coronata est in loco ubi pridie Iohannem et socios eius cremaverant. In socio vero Abraham et Symonis et Maanæ supra designatorum, pedites immiserunt, qui eos in fovea collocatos <lapidibus et var. l.> iaculis confederunt. Calefactos etiam clavos in pupulæ eorum oculorum infixerunt, dum alios clavos ignitos in corpore invictorum hominum impingunt. Qui coronati sunt, altero illo die, vicesimo quinto (mensis) ab, die sabbati.

43. Haec Edessenus noster non satis concine variata iudicavit. Itaque Maanam scripsit eute a capite ad cingulum detracta interisse; et inter Abraham et Symonem supplicia distribuit quae omnibus communiter referit Historia Chirchaseleuci. Alia arte non usus est ut SS. Saporis et Isaac comitatu stiparet et narrationem suam auctorem faceret. In hoc tamen miranda hominis diligentia, quod sanctis socios elegerit qui ad eiusdem ecclesiae historiam pertineant.

44. Passio SS. Saporis et Isaac videtur in graecam lingua conversa fuisse. Ex hac metaphorasi contractum est elogium Ιωάννου και Σαββασίου και Ἰσαακίου τῶν ἐπισκόπων και Ἀγαπίου και Ἰσαακίου τῶν πρεσβυτέρων, quod legitur ad diem 20 novembris in synaxario bibliothecæ Ambrosianæ et in aliquot codicibus eiusdem familie (8).

Martyrii
bus
adiuncti
socii

toto
saeculo
postiores

Factius
libellus

græce
conversus
est.

(1) T. III, p. 319-24. De codicis aetate silent pariter viri docti qui ex illo partes ediderunt: Evodus Assemani, Bedjan, et ipse v. d. I. B. Chabot, *Histoire de Jésus-Sabran*, in *Nouvelles Archives des Missions scientifiques et littéraires*, t. VII, (1897), p. 486-87.—(2) *Patrologia syriaca*, t.c., p. 714. — (3) Vide supra, num. 19-20, p. 417. — (4) *Le Christianisme dans l'empire perse*, p. 74. — (5) Hic nempe numerus annorum collig-

gitur ex *Historia Chirchaseleuci*; nam caedes promiscuae multitudinis cum quæ interficiunt sunt Abraham, Maana et Symeon contigit se feria VI, die augusti 25 et sabbato in sequenti; quod non quadrat in annum 446, quem indicavit Labourt. — (6) BEDJAN, op. c., t. II, p. 526-27. — (7) Vide supra, num. 20, p. 417. — (8) *Synax. Eccl. CP.*, p. 241-44.

A De sanctorum vita et exitu haec narrantur: Oντοι οἱ ἄγιοι διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὄμολογίαν χρανθέντες παρὰ τοῦ βασιλέως Περσῶν καὶ πολλὰ τυμορθέντες καὶ μὴ ἀρνητέμενοι τὸν Χριστὸν ἀλλ᾽ ἐλέγχαντες τὴν τόν Περσῶν πλάνην καὶ ματαιότηταν, προστάζει τοῦ τοῦ Περσῶν ἔλθοβολῆθσαν, καὶ οὗτος ἐτελειώθησαν σὺν τῷ ἄγιῳ Ζηνῷ τῷ ἀσκητῇ. In codice Sirmondiano, qualiter tantum nominantur, Iohannes, Sapor (Saburius), Isaac et Papias, πρεσβύτεροι ζηνιατζοντες πάλιος Βηθαλογόν (I). Ceterum eorum historia, si haec historia dicenda est, eadem est quam paucioribus verbis conclusam modo recitavimus. Hanc si notaveris insertam esse inter elogia S. Narsetis et S. Boethazat eunuchi, et cum eadem coniunctam fuisse mentionem S. Vahunam pueri (2), luce clarius iam cernitur synaxarium SS. Ioannis, Saporis et sociorum salutam esse ex catalogo martyrum Garamaeorum et ex Passione SS. Saporis et Isaac imperitissime commixtum.

Eius auctoritas nulla.
45. Hagiographus Edessenus certamen SS. Saporis et Isaac referit ad annum Saporis trigesimum, qui fuit a Christo nato 338-339, et toto biennio cruentae persecutionis initium antecessit. Aut igitur pro anno trigesimo Saporis legendus est annus trigesimus persecutionis Saporis (3), aut in numero annorum, quod alias toties accidit, erraverunt librarii, aut peius etiam quid hic suspicandum est. Nempe codex Vaticanus syrus 161 idem est qui martyrum orientalium laudationes historicas a Marutha Tagriti episcopo perscriptas fuisse mentitur (4). Quis igitur se moveri sinat, cum in eodem volumine notam temporis reperiat quae haud minus aperte falsa sit? Quod si reapse

Passionis ipse compositor eam astruxit, in hac etiam ut in ceteris multis nugatorem se prodidit. S. Sapor et S. Isaiae, qui ambo sedis eiusdem episcopi fuerunt, eodem tempore non potuerunt martyrio coronari, sicut iam superius notatum fuit; et si quid indicia maxime probabilia suadent, neuter illorum passus est ante cruentam persecutionem quae mense aprilii anni 341 erupit, et fortassis ne ante annum quidem 343, quo S. Narsetes, episcopus Sahrqarth, primus in Garamaea videtur martyr occubuisse. Umbras igitur captaverunt viri docti, qui, neglectis probatioribus documentis in quibus SS. Saporis et Isaac memoria servata est, eorum fabulosa Passione usi sunt ut Saporianae persecutionis exordia statuerent, aut generali edicto minores aliquot caedes praecessisse conicerent (5).

46. In rubricato lemmate quod Passioni praescriptum est SS. Sapor, Isaac et socii quiescere dicuntur Edessae, infra muros, in martyrio novo. Utrum hoc nomine significata sit aliqua ex ecclesiis Edessae, quae «Nova» dicebatur inde a tempore quo reapse nova fuit, an proprium sacellum sanctorum martyrum nomini dedicatum, concilere olossum est. Edessae iam saeculo VI tot exstabant ecclesiae, martyria, sacella, sacraria (6), ut vix discerni nunc possit ad quas aedes referantur mentiones rarae illae quidem et obscurae, quae posteriori aetate in libris passim reperiuntur.

47. In edenda Passione, viam tenuimus quae superius, num. 2-4, indicata fuit. Variae lectio-nes quas ex Bedjan recipere visum est littera B notatae sunt.

AUCTORE
P. P.

Sancto-
rum
ecclasia
Edessena.

Editionis
ratio.

— (1) Ibid., p. 243. — (2) Cf. supra, num. 11, 24, 22, pp. 414-15, 418-419. — (3) Cf. supra, num. 29, p. 420. Hic tamen annus emortualis esse posset aut Saporis aut Isaac, non utriusque, ut modo dicetur. — (4) Vide supra, num. 1, p. 411. — (5) Cf. G. Van Hooff, in Comm. praev. ad Acta SS. Acindyni et soc., num. 16; Acta SS., Nov. t. I, p. 449-50. V. d. Anscharius Braun, in soberia illa et docta disquisitione quam superiorius laudavimus, num. 9, p. 414, negat Passiones martyrum Saporis edicto antiquiorum ullas haberet,

praeter Acta fabulosa sanctae Mahducht et sociorum (cf. supra, num. 28, p. 420) et Acta non minus insulsa SS. Iona et Barachisii (BHO, 531, BHG, 942-943); Ausgewählte Akten persischer Märtyrer, p. VIII; cf. LABOURT, Le Christianisme dans l'empire perse, p. 78. Ad haec adducentia erat Passio SS. Saporis et Isaac, cuius meminuit Labourt, ibid., p. 74. — (6) Cf. A. BAUMSTARK, Vorjustinianische kirchliche Bauten in Edessa, in Oriens Christianus, t. IV (1904), p. 164-83.

C

F

I. PASSIO SS. NARSETIS ET JOSEPH ET MARTYRUM GARAMAEORUM.

E codice Vaticano syr. 160 (= V), collato apographo codicis Amidensis ad fidem editionis Pauli Bedjan (= B). Cf. Comm. praev. num. 2-4.

Passio Narsetis episcopi et Joseph eius discipuli ex urbe Sahrqarth in Garamaea.

٢٨٣ ٦٥ ٤٨٨١ ٥٩٥٢ ٣ ٤٧٦
٦٥٦٠ ٤٨٧ ١ ٤٨٧٣ ٦٥٦١

1. Anno quarto (1) persecutionis nostrae, cum ipse rex in regione adasset, comprehensus est Narses et Joseph

Lemma. — ^١ مَنْزَلَةٌ B; cf. supra, Comm. praev. num. 3. — ² لِهُبَّةٌ V; لِهُبَّةٌ لِهُبَّةٌ B.

1. — ^١ لِهُبَّةٌ V. — Lemma. — ^١ شَرْقَادَاثٌ V.

(1) Vide Comm. praev. num. 9, supra, p. 414.

Novembri Tomus IV.

54 συναπλ

A مَنْسَرُ الدَّارِمِيُّ سَنِيْ: ۰۰۰ نَارِسُ الْكُفَّارِيُّ سَنِيْ
۰۰۰ مَنْسَرُ الْكُفَّارِيُّ سَنِيْ دَارِمِيُّ سَنِيْ
سَنِيْ: مَنْسَرُ سَنِيْ: دَارِمِيُّ سَنِيْ فَرِيدُونْ سَنِيْ
سَنِيْ: مَنْسَرُ سَنِيْ: دَارِمِيُّ سَنِيْ فَرِيدُونْ سَنِيْ
سَنِيْ: مَنْسَرُ سَنِيْ: دَارِمِيُّ سَنِيْ فَرِيدُونْ سَنِيْ
لَجَدَدُونْ سَنِيْ سَنِيْ مَنْسَرُ سَنِيْ فَرِيدُونْ سَنِيْ
سَنِيْ: مَنْسَرُ سَنِيْ: دَارِمِيُّ سَنِيْ فَرِيدُونْ سَنِيْ
سَنِيْ: مَنْسَرُ سَنِيْ: دَارِمِيُّ سَنِيْ فَرِيدُونْ سَنِيْ
الْمُهَاجَرُ سَنِيْ لَجَدَدُونْ سَنِيْ فَرِيدُونْ سَنِيْ
الْمُهَاجَرُ سَنِيْ لَجَدَدُونْ سَنِيْ فَرِيدُونْ سَنِيْ
الْمُهَاجَرُ سَنِيْ لَجَدَدُونْ سَنِيْ فَرِيدُونْ سَنِيْ
فَرِيدُونْ سَنِيْ فَرِيدُونْ سَنِيْ فَرِيدُونْ سَنِيْ
فَرِيدُونْ سَنِيْ فَرِيدُونْ سَنِيْ فَرِيدُونْ سَنِيْ

B حَفَدَهُ سَنِيْ فَرِيدُونْ سَنِيْ
حَفَدَهُ سَنِيْ فَرِيدُونْ سَنِيْ
حَفَدَهُ سَنِيْ فَرِيدُونْ سَنِيْ
حَفَدَهُ سَنِيْ فَرِيدُونْ سَنِيْ
حَفَدَهُ سَنِيْ فَرِيدُونْ سَنِيْ
حَفَدَهُ سَنِيْ فَرِيدُونْ سَنِيْ
حَفَدَهُ سَنِيْ فَرِيدُونْ سَنِيْ
حَفَدَهُ سَنِيْ فَرِيدُونْ سَنِيْ
حَفَدَهُ سَنِيْ فَرِيدُونْ سَنِيْ
حَفَدَهُ سَنِيْ فَرِيدُونْ سَنِيْ
حَفَدَهُ سَنِيْ فَرِيدُونْ سَنِيْ

C حَفَدَهُ سَنِيْ فَرِيدُونْ سَنِيْ
حَفَدَهُ سَنِيْ فَرِيدُونْ سَنِيْ
حَفَدَهُ سَنِيْ فَرِيدُونْ سَنِيْ
حَفَدَهُ سَنِيْ فَرِيدُونْ سَنِيْ
حَفَدَهُ سَنِيْ فَرِيدُونْ سَنِيْ

ubi occidendi erant, Narses, arrestis oculis respxit multitudinem quae illos circumstabat. Quem compellans Ioseph: « O venerande senex, inquit, quare hanc turbam intueris, in qua omnes, arrestis in te oculis, (expectant) donec eos in domos suas dimittas et ipse ad tua digrediaris? » Tunc senex hilari vultu Iosephum cum admiratione respxit, et accedens eum osculatus est, atque dixit: « Beatus es, integerime Ioseph, quoniam mundus te fraudibus suis non circumvenit; sed cum gaudio, reducta facie, angustam regni portam ingressus es. » Dein prior ex amboibus occisus est Ioseph, et post eum senex ille inclutus. Coronati sunt sancti illi mense tres posteriores, die decimo secundum lunam (1).

PASSIO
NARSETIS
ET JOSEPHI*gladio
feriuntur.*

4. Iohannes (2) episcopus Chirchaseuci occisus est in pago Beth-Hasin (3), iubente Artaxerse Adiabenae rege.

5. Sapor (4) episcopus Chirchaseuci, plagi confactus, obiit in carcere. Dixit porro idem rex Adiabenae: « Abscidite illi caput, et istud mihi afferte, quod ipse videam. » Istis enim non fidebat. Qui absiderunt illius caput eique allatum ostenderunt.

6. Isaac (5), episcopus (oppidi)¹ Chirchaseuci, lapidibus obrutus est in statione Nicatorio (6), ab ingenuis (hominibus) civitatis, nomine quidem christianis, quos (ad id) Adiabenae rex adegerat.

7. Isaac (7), presbyter pagi Hulsar, lapidibus *presbytert* obrutus est extra Chirchaseicum, iubente F Adargušasp archimago.


8. Papas (8), presbyter pagi Helmin, in pago Gelai¹ occisus est, iubente Adiabenae rege.

9. Vahnum (9) puer Deo mancipatus in *religiosus*, pago Gazak¹, lapidibus obrutus est a nobilibus

- ² Sic B; ۱۰. ۳۲۰ add. B. — ^۴ حَدَّادٌ ب. — ^۵ Hic in B additum est lemma: حَدَّادٌ ب.
وَمَدَّادٌ وَمَدَّادٌ وَمَدَّادٌ: ۳۳۰ ۳۴۰: مَدَّادٌ مَدَّادٌ مَدَّادٌ B.
۴. — ^۱ حَدَّادٌ V; om. B. — ^۲ حَسَّانٌ B. — ^۳ أَزْوَانٌ B.
۵. — ^۱ sic B; ۶۰. V. — ^۲ (عَوَّادٍ) sic B. — ^۳ (عَوَّادٍ) حَدَّادٌ B.
۶. — ^۱ حَدَّادٌ B.
۷. — ^۱ حَدَّادٌ B.
۸. — ^۱ حَدَّادٌ B.
۹. — ^۱ حَدَّادٌ B. — ^۲ حَدَّادٌ add. B.

(1) Ibid., num. 10, supra p. 414. — (2) Ibid., num. 14-17, supra, p. 415-17. — (3) Ibid., num. 17, supra, p. 417. — (4) Ibid., num. 18, supra, p. 417, et Passion. SS. Saporis et Isaac, infra, num. 2-4, p. 430-32. — (5) Vide Comm. praev.

num. 19, supra, p. 417. — (6) Ibid. et num. 41, p. 424. — (7) Comm. praev. num. 20, supra, p. 417. — (8) Ibid., num. 21, supra, p. 418. — (9) Ibid., num. 22, supra, p. 418.



A אֶת־בְּנֵי־בָּנָה : וְאַתָּה־בְּנֵי־בָּנָה
בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־
בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־
בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־
בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־
בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־
בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־
בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־
בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־
בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־
בְּנֵי־בְּנֵי־

B בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־
בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־
בְּנֵי־בְּנֵי־
בְּנֵי־
בְּנֵי־

14. Tatum (1) monialis, Mama monialis, Mazzachia monialis, Ana monialis ex oppido Chirchaseleuco, iubente oppidi archimago interfectae sunt extra moenia in loco¹ qui Haura dicitur. Ex earum sanguine fucus orta est quae per multos annos vitam² sanitatemque largita est, donec invidia moti Manichaei flagitosi eam extirparunt. In quos immissus est lepra spiritus eosque divexavit, ita ut ipsi confiterentur quam ob causam hoc sibi accidisset. Et in eos editum est³ ingens prodigium.

PASSIO
NARSETIS
ET IOSEPH

15. Abiath (2) monialis e Garamaea regione, Hattaï monialis e Garamaea regione, Mamlacha¹, monialis item e Garamaea regione, iubente Sapori rego interfectae sunt, cum ipse rex in ea regione adesset.

E

16. De illis autem, quantum historia nobis suspetebat, haec litteris mandavimus.

14. —¹ בְּנֵי־בְּנֵי־B. —² (בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־) sic B; בְּנֵי־בְּנֵי־V. —³ בְּנֵי־בְּנֵי־B. —⁴ בְּנֵי־
B. —⁵ בְּנֵי add. B. —⁶ בְּנֵי B. —⁷ בְּנֵי B.
15. —¹ בְּנֵי B. —² בְּנֵי B.
16. —¹ בְּנֵי prius V; —² eras.

14. — in benedictione V (?); cf. Comm. praev. num. 36. —² gratiam B. —³ et sibi visum est V; quod iis visum est B (var.)

15. —¹ Mazachia B.

(1) Ibid., num. 34-37, p. 421-23. — (2) Ibid., num. 38, p. 423.

II. PASSIO SS. SAPORIS ISAAC ET SOCIORUM

E codice Vaticano syr. 161, collato apographo codicis Amidensis (= B) ad fidem editionis C Pauli Bedjan. Cf. Comm. praev. num. 3-4, 47. F

בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־
בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־
בְּנֵי־בְּנֵי־
בְּנֵי־
בְּנֵי־

בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־
בְּנֵי־בְּנֵי־בְּנֵי־
בְּנֵי־
בְּנֵי־
בְּנֵי־

Passio Saporis episcopi Nicatorii (1), Isaac episcopi Chirchaseleuci, Maanae, Abraham et Symeonis, qui passi sunt tempore Saporis regis Persarum; nunc autem sunt Edesae in martyrio novo, in urbe interiore.

Sancti
martyres

1. Anno trigesimo (2) regni Saporis, regis Persarum, (ad eum) adeuntes magi Nazarenos criminati sunt, regique dixerunt: « Non possumus solem colere, aut aerem elquare, aut aquam purgare, aut terram expiare propter Nazarenos

Lemma. —¹ בְּנֵי B. —² בְּנֵי בְּנֵי add. B.

(1) Beth-Niqṣṭor; vide Comm. praev. num. 19, supra, p. 417. Codex Amidensis, hic et inferius: Beth-Nigador; aliter in Passione SS. Narselis et Ioseph, § 5, supra, p. 427. — (2) Vide Comm. praev. num. 45, supra, p. 425.

مَلَكُوت

PASSIO
SS. SAPORIS
ET
SOCIORUM

¶ ०८ ७५. तिले अव्वास अव्वा
प्रभाव अव्वा गोमा न अव्वा अव्वा
लेह लेह लेह लेह
तिले अव्वास अव्वा
न्ना ला. ता. अव्वास अव्वा. ता. अव्वा

गोमा गोमा अव्वा अव्वा
अव्वा अव्वा अव्वा : गोमा अव्वा अव्वा
गोमा : गोमा अव्वा अव्वा अव्वा
अव्वा अव्वा अव्वा : अव्वा अव्वा
गोमा : गोमा अव्वा अव्वा
गोमा अव्वा अव्वा अव्वा
गोमा अव्वा अव्वा अव्वा
गोमा अव्वा अव्वा अव्वा
गोमा अव्वा अव्वा अव्वा

B अव्वा अव्वा अव्वा अव्वा
अव्वा अव्वा अव्वा अव्वा
गोमा अव्वा अव्वा अव्वा

² (अव्वा अव्वा) अव्वा अव्वा B. — ³ अव्वा अव्वा B. — ⁴ अव्वा अव्वा B. — ⁵ अव्वा अव्वा B.

5. — ¹ अव्वा अव्वा अव्वा अव्वा अव्वा add. B.

(1) Cf. *Passionem SS. Narsetis et Ioseph*, § 5; et *Comm. praev. num. 42*, supra, p. 424. — (2) Cf. *locum ex Historia Chirchaseleuci allatum*

gavibus est Deumque laudavit, qui illum coro-
naverat. Ipse vero post duos dies plagis et vin-
culturum pondere confectus est. Renuntiatum est
autem regi Saporem in carcere mortuum esse:
qui caput illius praecidi sibique afferri iussit.
Praecisum igitur (Saporis) caput illi attulerunt:
hunc quippe mortuum esse non credebat (1).

Maanæ,
Abraham
et Symeonis

varia
supplicia;

E

5. Postquam autem lapidatus est Isaac et
Sapor in carcere interiit, rex sibi adduci iussit
Maanam, Abraham et Symeonem: quibus dixit:
« Numquid solem adoratis, ignemque venera-
mini? » Respondentes dixerunt ei: « Deus aver-
runct. Nos Iesum adoramus eumque confite-
mur. » Tunc rex varia necis genera illis decrevit.
Maanam a capite usque ad lumborum cingulum
eum detrahi iussit; qui cute detracta interiit.
Abrahamo clavos ferreos igne calefactos in am-
bos oculos iussit infigi; qui duobus exactis die-
bus mortuus est. Ad Symeonem vero quod at-
tinget, iussit (rex) effodi scrobem in qua usque ad
pectus terra obrutus est; praecipitque sagitta-
riis ut iaculis cum confoderent. Et mortuus est (2).
Accidentes autem fratres christiani cadavera
illorum surrepta clam sepelierunt (3).

C

F

DE S. MARTYRIANO SEU MARI DE BETH-SAHDE

TEMPORE
INCERTO

MARTYRE

P. P.

COMMENTARIUS PRAEVIOUS

Vitae
apogra-
phum prius

1. Vita S. Mari de Beth-Sahde duobus exem-
plis ad nos pervenit. Primum exhibit codex bi-
bliothecae Bodleianae syriacus 163, sive Marshallianus 13 (1). Qui liber est membraneus, minoris
moduli, folia nunc complectens 256 monocola,
litteris strongylis, an. D. 1177 perscriptus ab
Aarone quodam monacho Turabdinensi (2). In-
ter alia documenta hagiographica, fabulis
plerumque referata, complectitur fol. 126v-

197^e: Historiam sancti Māri de Beth-Sāhde,
quam in lemmate sive scriptor sive librarius com-
positam assertit a S. Iohanne Chrysostomo. Et
quo hellenica origo libelli pateret evidenter, no-
men S. Iohannis, posthabita forma veriori et in-
digena, graecanico ritu scriptum est. Iovanis.
Textus duobus in locis mutitus est: inter fol.
179 et 180; dein rursus post fol. 197 ubi, conclusa
iam narratione, hagiographi peroratio abrumpi-

(1) R. Payne SMITH, *Catalogi codicum manuscriptorum bibliothecae Bodleianae*, Pars sexta
codices syriacos complectens (Oxonii, 1864),
p. 541-44. — (2) Qui scriptor suam primum

destinavit Gabrieli presbytero, filio fratri Iohannis episcopi, cuius supra inter praetermissos
meminimus, p. 314.

-tur